et iuſticiā iuſti aufertis ab eo. Vl
illud dic contra multos fatuos q̄
quando faciunt aliqd̄ malum ad
clamorem aliorum reputant ſe im
munes dicentes Innocens ego ſū
vos videritis.et tamē iſti deberēt
aduertere illud. Exo.xxiii. Non
ſequeris turbā ad faciēdū malū.
nec in iudicio acquieſces plurimo
rū ſententie vt a vero deuiēs. // D

MOriēte dn̄o velū tēpli ē i duas

ptes ſciſſuꝫ · terra mota eſt · petre
ſciſſe ſunt · ſol obſcuratus eſt · et
tenebre per vniuerſam terram fa
cte ſunt · monumenta plurima
aperta ſunt · ⁊ ſanctorū corpa ſur
rexerunt · et i ſcāꝫ ciuitateꝫ iheru
ſalem intrauerūt et mltis apparu
erūt · ¶ Mor ¶ Sic vere i tēpore
mortis paſſionis criſti potiſſime i
ſeptimana ſancta · terra .i. pecca
toꝛ terrenus debet per timoreꝫ mo
ueri · ps · Reſpicit terram et facit
eam tremē · petre .i. corda quantū
cunqꝫ dura debent dolore ſcindi ·
Johel · ij · Scindite corda veſtra ⁊
non veſtimēta · Sol .i. ſplendoꝛ et
leticia cordis debet per paſſionem
obſcurari · Johel · ij · Sol conuer
tetur in tenebras · Monumēta .i.
corda immunda et cadaueribꝰ viti
oꝝ plena p cōfeſſionē debent api
ri · et ſic tandē corpa ſcōꝝ .i. ipſi pe
nitētes ſancti ſpūaliter reſurgēt
ita ꝙ ſanctam ciuitatē padyſi po
terūt ingredi et ibi i illā requiē i
troduci · Hebre · iiij · Feſtinemus
igredi in illā requiem · ¶ E

Homo quidā diues ab arama
thia noīe ioſeph · q̄ diſcipu
lus erāt iheſu a pylato petijt corpꝰ
eius · qđ captum in ſindōe mūda i
uoluit et i nouo monumēto i quo
nondum quiſq̄ꝫ poſitus fuerāt ſepe
liuit ⁊ grāde ſaxū ad oſtiū monu
menti aduoluit ¶ Mor ¶ Iſte hō
ſignat virū iuſtuꝫ · qui dicitur hō
per rationē et diſcretionē · diues
per virtutū et meritoꝝ poſſeſſiōeꝫ
diſcipulus iheſu per obediētiaꝫ et
imitationē · ab aramathia q̄ inter
pretatur vigilia p diligētiā et di
ſcuſſionē · nobilis p generoſā ani
mi cōditionē · decurio per decalogi
adipletionē · dictus ioſeph .i. aug
mētuꝫ p cōtinētiam et virtutū cu
mulacōem · Geneſis · Filius accre
ſcens ioſeph · Quia reuera talis
corpus xpi in ſacramento altaris
digne recipit · et eū in ſindōe mun
da .i. in puritate conſciencie ponit
et in monumēto .i. in corde humili
et deuoto ipſū ſepelit et recondit
grandēqꝫ lapidē .i. pondꝰ diuini ti
moris adhibet virtute cuiꝰ ipſum
defendit meliꝰ et cuſtodit Cuilibꝫ
enī illđ corpꝰ recipiēti dicitē · iij · Re
xx · Cuſtodi virū iſtū qm̄ ſi lapſꝰ
fuerit erit aīa tua p aīa eiꝰ · ¶ F
¶ Vel dic ꝙ in hoc ꝙ ioſep q̄ erāt iu
ſtꝰ recepit a pylato q̄ erāt iudex peſ
ſimꝰ ꝑt dici : ꝙ dato ꝙ ſacdos ſit
peſſiꝰ cruciſigatqꝫ dn̄ꝫ in ſeipſo p
vitia ſicut fecit pylatꝰ · nichilomi
nus ipſe poteſt ioſeph q̄ erāt iuſtꝰ
.i. cuilibet bono xpiāo verū corpꝰ
xpi tradē · ſecramēta eccleſiaſtica
miniſtrare · ipſe ioſeph .i. xpianus
licite poteſt ab ipſo recipere · Quia
virtus ſacramentorum non eſt a
miniſtro ſed a deo · ⁊ ideo miniſtri
mali non poſſunt ſacramēti effica
ciā in illo qui digne recepit vitiare
Mat · vij · Vos aūt cum ſitis mali
ſatis bona data dare filijs vr̄is ¶ G

Cuſtodes quibus fuerat com
miſſum cuſtodire corpus do
mini in ſepulchro · a facie angeli
deſcendentis de celo cuius aſpctꝰ
erat ſicut fulgur · ⁊ a facie t̄re mo
tus q̄ tunc factus eſt · ita ſunt ter
riti ꝙ quaſi mortui corruerūt · Qua
ꝓpter dn̄m perdiderunt · qꝛ ipſis
ſic proſtratis xpē ſepulchꝝ exiuit
et ipis ignorātibꝫ abijt et exiui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vnde ipſi teſtificati ſūt q ipſis dor
mientib9 cuſtus erat eis ſubrep
tus et de eorū cuſto dia ablatus ·
Mora ¶ Illud poteſt expoi q illi
qui in paſca corpus dm̄ in corde ſi
ne ſepulchro cuſtodiēdū recipiūt
quādoq ipſum valde male cuſto
diunt · quiymo ipz per vitia ſepe
perdunt · Angelus em̄ qui deſcen
dit de celo, i. dyabolus cuius aſpe
ctus per violētiam tēptationis ac
cedit et penetrat ſicut fulgur · Iux
ta illd · Lu · xxij · Videbā ſathanā
tanq̄ fulgur de celo cadentē · vna
cū terremotu temptationis ipos
p peccatū pſternit · ita q i vi tns
ſtatiz dormiūt atq cadūt · a ſic the
zauro quē cuſtodiē debuerāt ſpo
liantur et in ſepulchro ſue cōſciē
tie a xpo quē receperant euacuant
Mar · vltimo · Surrexit et non ē
hic · ecce locus vbi poſuerunt eum
Et ſi vis dilata viam tuam · quō
mlta genera vitiorū diuērſoꝝ vide
tur circa ſepulchrū dormire et ma
le dnm̄ cuſtodire, i. Regū · xxvi ·
Viuit dn̄s q filij mortis eſtis qui
non cuſtoditis xp̄m dominū ¶ H

Ic dicitur q cū cuſtodes xp̄z
reſurrexiſſe et āgelū de celo
deſcēdiſſe teſtificarētur p̄incipes
ſacerdotū ipos pecunia corrupūt ·
et q ipſū a diſcipulis ſuis furatū
dum dormiebant dicerēt pacta pe
cunia induxerīt · Qui accepta pe
cunia ſicut fuerāt edocti fecerunt
et reſurrexiſſe dnm̄ negauerīt · ¶
Mora ¶ Illud ſi vis allega exem
plariter quō pecunia et auaritia
facit veritatē dimittere · mēdacū
dicere · et articulos fidei aliquoti
ens negaē a ab illis que quādoq
teſtificatus ſuerat deuiare · bene er
go dicit · Eccleſiaſtes · x · Pecunie
obediunt omnia.

¶ Expliciūt Moraliſatiōes ſuper
matheū · Sequuntur Moraliſatio
nēs ſuper marcum ·

¶ Capitulū p̄imū. ¶ Q

VIA q̄c
quid eſt
i marco
totuz vt
cōmunīt
predicat
i matheo
ideo pau
ca que re
manent ſuperaddaz · In · iij. capi
tulo dicit q cū ihūs quadā die fer
uentiſſime p̄dicaret · viſū eſt diſci
pulis ſuis q humanā diſcretionē
excederet · et ideo acceſſerūt vt e
um tenerent · dicebāt em̄ q in fu
rorez verſus eāt · Scribe etiā dice
bāt q belzebub habebat · et quia
in principe demoniorum demōes
expellebat ¶ Moraliter · ¶
Illud allega q viri iuſti qui fer
uenter predicāt · a opa virtuoſa
precetens agunt · intantum q de
monia, i. vitia et demonum poten
tiam de obſeſſis peccatoribus ſuis
doctrinis expellunt · iſti hodie fu
rioſi et ſine ſēſu a viris carnalib9
credūtur · nichilq prorſus valē a
mundanis hominibus reputanē
Quia q̄cūq hodie mūdana cōtēp
nit · a de ſalute ſua et aliorū medi
tat. fatu9 a lunatic9 extimat · ſic
de pp̄heta q̄ veitad imungendum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ihesu veit dixerit aliis · iiij · Reg · ix
Quid ad te venit ſubreptici⁹ iſte
Etiam ſi quis mirabilia opera et
virtuoſa facit ſtatim mali illud p
ypocriſim et malā intentionez fa
ctum aſſerunt · et hoc magis belze
bub ſquam veritati diuine attri
buunt · Mat · xi · Venit iohannes
non manducans nec bibens et di
cunt · demoniū habz ·

## ¶ Capitulum ſecūdū ¶ A

AD ihesum cum fuiſſz ad
ductus homo ſurdus et
et mutus vt iponeret
ſibi manū · apprehēdēs
eum de turba ſeorſum · miſit digi
tos ſuos in auriculas eius · et ſpu
ens tetigit linguā ei⁹ · et ſuſpiciēs
in celū dixit effeta qđ eſt adapiē
et ſtatiz ſunt aperte aures eius et
ſolutum eſt vinculū eius et loque
batur recte · Mar · vij · ¶ Mor ¶
Sic reuera cuz ad dominū cotidie
veniunt peccatores · q̄ ſurdi et mu
ti eſſe dicūtur · p eo q̄ illa q̄ perti
nent ad ſuam ſalutem non poſſūt
loqui ſeu dicere vł aliqua honeſta
vł vtilia predicaē Vtilia ſcz corre
ctionē et bonam ām̄onitiōez non
poſſunt audire · nec ad aliquā boñz
doctrinā volūt cor ſuū applicare ·
Jere · ſexto · Jncircūciſe aures eo
rū et audire non poſſunt Sed quā
doq̄ c̄ſtus vel p̄latus iſtos ſeorſū
a tumultu negotiorz et hominū du
cit per conteptuz · donec ſaliua bo
ne doctrine linguā talium tāgit ·
et ſic ad recte loquēdū · i · oſtendū
laudandum et gratias agendum
ipſos acuit et diſponit · Jpſe eti
az digitis ſuis · i · donis ſpiritus ſci
vel digitis ſue liberalis gratie vel
diſtributionis · ł digitis ſue manu
ductionis oſtenſionis et intentio
nis · ł digitis ſue percuſſionis vel
correctionis · illorum aurēs · i · audi
tum et attentionez aperit · vincu
lum lingue eorum · i · verecūdiā ig
norantiam obſtinationem inſolē
tiam impudiciciaz reſoluit · ita q̄
diligenter loqui et recte audire et
attēdē eos facit · Vn̄ de tali ſpūa
li medico poteſt dici quod ſequit̄ ·
Bene omnia fecit · quia ſurdos fe
cit audire et mutos loqui · Mat ·
xi · Surdi audiunt ceci vident et
cetera ·

## ¶ Capitulum tercīū · ¶ A

DE quodam demoniaco
ducto ad ihesum vt ab
eo ſanaretur dicit̄ hic ·
q̄ pater ipſi⁹ dixit cri
ſto attuli ad te filium meuz habē
tem ſpiritum mutum ab infantia
ſua · qui vbicumq̄ apprehenderit
allidit eum · et ſpumat et ſtridet
dentibus et areſcit · ſepe etiam eū
in ignem et aquam miſit vt eum
pderet · et attuli eū ad diſcipulos
tuos et eū ſanaē nō potuerūt · Xp̄c
ergo iſtū ſanauit · et ſpm̄ ſurdū
et mutū · i · q̄ mutitatē et ſurditatē
i eo cauſauerat effugauit · vt h̄r
Mar · ix · ¶ Mor ¶ Jſte demonia
cus ſignat peccatorem · qui a diſci
pulis ſanari n̄ potuit ad ſignificā
dū q̄ ſol⁹ de⁹ et nō homo peccata

dimittit · Luce · vij · Quis poteſt
dimittere peccata niſi ſolus deus
Iſte ergo quādoqȝ ab īfantia a de
monio obſidetur .i. demoniȝ ſerui
cio per vitia ſubiugatur · a quo et
per quē multis ſpūalibus infirmi
tatibus occupatur · Et primo q̄ꝺ
iſtum facit ſurdum inq̄tum non
dignatur bonum audire · mutum
inq̄tum non vult dicere · allidit
ad terram eum inq̄tū talis ſolet
per auariciā ad bona terrena hu
ius mūdi ſe effūdere et ea concupi
ſcere et amare · Et breuiter iſtuȝ
facit ſpumare per luxuriam · ſtri
dere per detractionem vel iracun
diam · arēſcere p inuidiam .i. aquā
etiam ipſum ꝓiicit per gulē inglu
uiē · et eū ī ignē mittit p malam
cōcupiſcētiā · et ſic diuerſimode ip
ſū mitt̄ ꝓdere p dampnatiōis mo
leſtiā · Et breuit̄ quādo imundus
ſpūs mētē occupat per peccatum
ipaȝ ſolet diuerſimode inuadere ·
et nūc per vnū vitiū nūc p aliud
infeſtaꝛ · ita q̄ quādoqȝ ita eſt ob
ſtinatus et mal9 · q̄ diſcipuli xp̄i
ſcȝ p̄dicatoꝛ̄es et p̄lati ipȝ nequeūt
corrigē cōuertere vel ſanare Qui
ymo neceſſe eſt q̄ ipſe xp̄c per ſe
ipſū p ſpūalem inſpirationē et vo
cationē ipſum dignetur miſericor
dit̄ liberare · Tales enī demoniaci
et obſtinati deo dimittūtur q̄ꝛ p a
lios nullaten9 cōuertūtur · Eccleſi
aſtes .i. Peruerſi difficile corrigun
tur · ab ipo aūt xp̄o quandoqȝ mi
raculoſe ſanātur et ad ſalutis ſci
taȝ reducūtur · p̄s · Tibi derelict9
eſt pauper · orphano tu eris adiu
tor // b ¶ Vel dic ſcd'z ſanctos q̄
iſte ſignat genus hūanū demoibz

per ydolatriā et diuerſos errores
ſubditūm · q̄d p moyſen et ꝓphe
tas et alios diſcipulos ſanari ac
ſaluari non poterat · quiymo ip
ſum dyabolus grauabat · neceſſe
ergo erat · q̄ ipſe domin9 pſonali
ter interueniret · q̄ per ſe ipſū non
per diſcipulos ipſuȝ ſaluaret · Jo
nis · Ego veniaȝ et curabo eū · vide
ſimilē expoſitiōem de baculo elize
ny · Re · iiij · // c

Diſcipul' pe tetibȝ · q̄re q̄dā
demoiū n̄ poteāt expuliſſe ·
dcm̄ ē a xp̄o q̄ hoc ge9 demoiorū
nō eiciꝛ n̄ m oratiōe et ieiunio · de
iſto eſt Math · xvij · Propt̄ incre
dulitatē ſuā nō poterāt ipſū diſci
puli eiciſſe Et ſic patet q̄ fides ie
iunīū et oratio ſūmope valēt con
tra demonia et peccata · // d

Cum dn̄s vellet iſtū demoni
acū quē pat̄ ſuus ſic ad xp̄ȝ
duxit ſanaꝛ · dyabol9 incepit euȝ
crudeli9 impugnaꝛ · ita q̄ expulſo
demonio hō q̄ſi mortu9 erat et ce
cidit · ſed ipſuȝ dominus ſubleua
uit // Mora ¶ Sic vē cū dyabol9
videt q̄ hō debet de ſua poteſtate
per penitentiaȝ recedere · et q̄ xp̄c
ipſum vult de ſuis manibȝ liberāre
vtpote quādo videt q̄ pat̄ ſu9 ſcȝ
predicator ad dn̄ȝ mitt̄ adducere
et apportare · tūc forti9 p turbati
ones et tēptationes eum inuadit
et ne ipſum pdat contra eū plus
inſurgit · q̄d tamē parū ſibi valȝ
quando deus ipſum ſaluare decre
uit · quia dato q̄ mortuus · id eſt
obſtinatus peccator appareat ſibi
quandoqȝ manum ſue miſericor
die porrigit · et ipſum ad ſta
tum et vitam gratie reducit · p̄s ·

Suſcitans de terra inopem rē. ‖ Vl
dic φ quādo q̄s a dyabolo per tēp
tationes fortius inuaditur · tunc
magis ē ꝓpe φ a dyabolo libētur
et ſalus ſibi ꝑpetua detur· ‖ E

Hic dicitur de quodā q̄ demo
nia in nomine xp̄i eiciebat·
et tamen dn̄m non ſequebat̄ quē
cum diſcipuli ꝓhiberent xp̄c nolu
it ymmo ipſum ſic dimitti māda
uit· Nolite inq̄t ꝓhibere eū· q̄z ne
mo eſt qui faciat virtutē in nomi
ne meo qui poſſit cito male loqui
de me· qui enim non eſt aduerſus
nos pro nob̄ ē· ‖ Mor ¶ Iſta
poſſunt allegari φ non debet eſſe
aliquis ita malus· qui debet male
loqui de illo in cuius nomine v̄tu
tem.i.a quo virtutem et dignita
tem recepit· ſub quo honorem et
poteſtatem acquirit· Nemo inq̄t
dominus qui facit virtutes ī noīe
meo poteſt cito male loq̄ de me ·
Q̄d tamē eſt contra multos qui
lacerant et mordent benefactoēs
ſuos· et illos in quorum nomine
et ſub quorum poteſtate exercent
in ſeculo actus magnos ‖ F ¶
Vel dic φ mali q̄ non ſequuntur
xp̄m in moribus et vita· quādoqꝫ
in nomine eius virtutes faciunt ī
exemplis operib9 et doctrinis· ſic
ad litteram patet de ypocritis· q̄
quāuis ſint mali demonia tamen
in xp̄i nomine eiciūt· inquātū bn̄
docendo peccatores conuertunt ·
vnde nec iſti ab hys debent ꝓhibe
ri cuz a bonis et malis xp̄c et xp̄i
virtus debeat p̄dicari

¶ Capitulū quartum· ‖ A

Qvm quidā genu flexo
a xp̄o petiſſet· quid fa
ciendo vitā eternā habe
ret· a xp̄c ſibi dixiſſet
ſi vis ad vitam ingredi ſerua mā
data· et ipſe ſe ſeruaſſe a iuuentu
te iactaret · incepit criſtus perſua
dere hec verba · vnum tibi deeſt ·
vade et vēde omnia que tu habes
et da pauperibus et habeb̄ theſau
rum in celo· et veni et ſequere me
Ipſe antē hys auditis abijt t̄ſtis
et merens· Erat autem homo ha
bens multas poſſeſſiones· Criſtus
autem occaſione eius dixit · φ fa
cilius eſt camelum per foramen a
cus tranſire q̄ꝫ diuitem in regnū
celorum ītrare· ‖ Mora ¶
Iſta allega φ vix eſt ita bon9 di
ues nec tantus mandatorum ob
ſeruator · ſi agitur φ diuitias di
mittat vt poſt criſtum per paup
tatis imitationē vadat · terrena
cum eternis commutet · et theſau
rum celeſtem ſibi preſtari expec
tet· quin triſtis deſolatus efficiat̄
et quin a xp̄o potius recedere eli
gat q̄ꝫ per viā perfectionis dn̄m ſe
quatur· difficile ē enī diuitē ītrar̄
celum cū diuicias nolit ſaltē q̄ꝫtū ad
affectū vitare· Mat· xix · Diues
difficile intrabit in regnum celo
rum· ‖ B

Mat̄ filiorū zebedei acceſſit ad
dn̄m petēs ab eo φ dū in reg
no ſuo veniret vn9 filiorū ſuorū ad
ipſi9 xp̄i dexterā ali9 ad ſiniſtrā ſe
deret· ipā antē dn̄s de imprudentia
reprehendit dicens· neſcitis quid
petatis· Calicem ergo.i.tribulatio
nem et paſſionem et non inſeſſio
nem illis obtulit · Et hoc non eſſe

ſuum eis dare · ſed quib⁹ a patre
ſuo patum eſt indicat · dicens · Ca
licez bibetis et baptiſmo quo ego
baptizoꝛ baptizabimini ſedere āt
ad dextrā et ad ſiniſtrā non ē me
um vob̄ dare ſed q̄bus patuz eſt
¶ Moꝛ ¶ Iſta poſſūt allegari · quo
modo carnalis affect⁹ quādoq̄ʒ fa
cit matrez .i. affectuoſū hominem
ꝓ ſuis iniuſte petere · et eos velle
pluſq̄ꝫ exigāt ſua merita ꝓmoue
re · verūptam xp̄c .i. vnct⁹ ſcʒ pla
tus cui fit tal' petitio debet tales ī
digne petētes redarguere · ⁊ eos
ad virtutum exercitiū incli nare ·
Si enim a pꝛelato petatur ꝙ det a
licui ſeſſionem .i. officiū vel ꝓmoti
onem · pꝛimo ante omnia debet
ei ꝓponere calicem et baptiſmuz ·
calicez dico t̄bulationis · baptiſmū
purificationis · ac ſi diceret · Ante
debetis tribulationē ſuſtinere · et
puritatem mentis habere anteq̄ꝫ
debeatis ī dignitatibʒ aſcēdē · Me
ū inq̄t nō eſt daē vob̄ · nō exptis
vl' īſufficientib⁹ et īdignis talem
ſeſſionē · ſ; ſolū illis q̄bʒ a pr̄e me
o eſt patū · q̄ ſcʒ calicē ⁊ baptiſmū
habuerūt .i. q̄ h̄nt ſcitatē et pfecti
onē · ac ſi dicēt · Meū ī dignitati
bʒ n̄ dēt ſedē n̄ q̄ calicē dm̄ antea
nouerit ſuſtinere Calicē dm̄ bibē
rūt et amici dei facti ſūt · et ideo ī
p̄s. Calicē ſalutaris accipiā et no
mē domini īuocaboꝛ ¶ C

Ecus q̄ ſedebat ſec⁹ viā mē
dicās ⁊ nō obſtāte impedim̄
to turbarū · m̄ltomagis clamabat
dicēs Miſerere mei fili dauid · cū
a criſto fuiſſet vocatus ſtatim ve
ſtimentū ſuum ꝓiecit et exiliens
ad xp̄z venit et ab ipſo illumina
tionē recepit ¶ Moꝛ ¶ Sic vē peccā
toꝛ q̄ꝫuis ſit obſtinatus et cecus · ſi
tamē ſentiat ſe vocari a deo · ⁊ ad
ſalutis ſemitam per inſpirationē
inuitari · ſtatim debet p conſēſum
poſt eum currere et per bona opeā
poſt eum ſalire · veſtimētū ꝯuerſa
tionis male vel opimentum cuiuſ
cūq̄ʒ male excuſationis deponēre ·
vt ſic poterit lumen diuine grati
e a domino recipe · Ephesi · v · Sur
ge qui doꝛmis et exurge a mortu
is et illuminabit te xp̄c · Illū eñ
xp̄c illuminat qui deposito male
conuerſationis habitu ipſum ſeq̄
tur et honorat. Vide cetera · Mat
xx · de duobus cecis in fine · De vi
dua et de duobus mutis vide īfra
Luce · xvm ·

¶ Capitulum quintū · ¶ A

Vdas deſiderās habere
pecunias cum nō habe
ret quid vēdēt q̄ꝫ xp̄z
adijt pꝛincipes iudeorū
et de xp̄o ꝓ pecunia vendēda ince
pit tractaē dicens · Quid vultis
michi dare et ego eū vob̄ tradaz ·
Acceptis autē ab eis triginta ar
genteis ipſum vēdidit · ⁊ eū oſcu
lo tradidit · vt habet̄ · Mar · xıııı
Qui finaliter penitens ſe male fe
ciſſe clamans et deſperans ſe laq̄o
ſuſpendit · et viſcera eius effuſa
ſunt medioq̄ʒ crepuit · ſicut dicit̄
actuum pꝛimo · ¶ Moꝛa ¶
Sic vere videntur facere ſimonia
ci pꝛelati — Iſti enim criſtum · id
eſt gratiam ſpiritus ſancti vel
etiā acceſſionez ad criſtum id eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

officium vel beneficiū eccleſiaſticū
non tradūt alicui· n̄ conueniant
de mercede· dicētes· Quid vultis
michi dare et ego eū vob̄ tradam
Ac illi conſtituerunt ſibi· xxx· ar
genteos· finaliter tamē poſt mor
tem ipſi penitebunt in inferno· v
bi ad infernū patibulū ſuſpendē
tur et pre dolore crepabunt· et ſe
da viſcera. i. inferiora cogitamina
et crimina effundent̄ et apparebūt
Vel viſcera id eſt verba impia cō
tra xp̄m et deum per deſperatiōez
eructabūt· // B ¶ Vel dic ꝙ pre
lati ſymoniaci qui vendunt xp̄m
pecunia· ſuſpendūtur per mentis
elationem· et crepant per iactātī
am et preſūptionem· viſceā ſue mi
ſericordie perdūnt· et ipſa ī terra
effundunt per terrenoꝝ auaritiā
et affectionē Vel viſcera iſtorum
ſignant eoꝝ nepotulos quos ī ec
cleſia ꝓmouēt dū ſūt ibi· q̄ reuerā
poſt ipſorum mortē ↄſueuerunt de
corpore eccleſie eici et effundi· de
ſuis beneficijs expelli et in terram
. i. ad ſtatū infimū deduci· Treno·
ſecūdo· Effuſum eſt in terra iecur
meum // C

IVdas volēs xp̄z ī mortē tra
dē inimicis· dedit eis ſignū
dicens· Quēcūqȝ oſculatus fuero
ipſe eſt tenete eū· Cum ergo xp̄c
eſſet in orto iudas ad euz accedēs
oſculum ſibi dedit· et ſic oſculan
do ipſum ipſis monſtrauit· Qui
cum gladijs et fuſtibus ipſum cō
prehenderunt et eum ad ſupplicia
deduxerūt // Mor ¶ Iudas ꝓditor
eſt mundus qui ipſum quē oſcula
tur. i. cui ꝓſperis arridet· et quez
fauoribus tēporalibȝ amplexatur
ſatellitibus. i. demonibus ī inferno
et tribulatioibus tradē cōprobatē
dicēs· quēcūqȝ oſculatꝰ fuero ac̄·
Quia reuera ortus delitiarum in
quo homo ſpaciatur. i. actus fa
uorum et diuitiarū quibus homo
a mundo ditatur· oſculū et āplex
us fortune et proſperitatis quibȝ
hō in hoc mūdo iocundatur· ſignū
ſunt ꝙ tal̄ finaliter debet capi et ē
ba demonū ad tormēta deduci· qȝ
quanto plus hō talibȝ oſculis allu
ditur· tanto captio eiꝰ patior et ce
lerior inuenitur· teſte Ambroſio
cōtinuꝰ ſucceſſus tēpalium eterne
dampnationis ē indiciū· Vnde de
tali iuda. i. de mūdo vel fortunato
ſucceſſu dicitur· Eccleſiaſtici· xij·
In labijs indulcat inimicus. // D

DE iohāne dicitē ꝙ adoleſcens
q̄dā ſequebatē xp̄m amictus
ſindōe ſuper nudū· q̄ vidēs ꝙ mini
ſtri per veſtē tenebāt eū vt ꝑirēt
relicta ſindone nudꝰ ꝓfugit ab eis
// Mor ¶ Sic vē ſi ſatellites dyaboli
per veſtes bonoꝝ tēpaliuz nos ca
piunt· et ſi iſtis mediātibꝰ ī mal̄
cōplacentijs nos detinent et inuol
uūt· ipſas terrenorum bonorum
veſtes debeꝰ p ↄtēptum reicere· et
nudi. i. paupes et ↄſciētia mūdi de
bemꝰ de eorum manibꝰ recedere·
Amos· ij· Robuſtus corde int̄ for
tes nudꝰ fugiet· // D

MIlites crucifixerūt dominū et
int̄ ſe veſtes eius diuiſerūt·
Sic vere milites regum et princi
pum officiales xp̄m in pſona mini
ſtroꝝ clericorū et pauperū crucifi
gūt inq̄tum iſtos criſti ſeruitorēs
moleſtant multiplicātē et affligunt
Math· decimo quinto· Quod vni

ex minimis meis feciſtis ⁊c̄. Et ve
ſtes temporalium bonoꝝ̄ ſuorum
ipſis per rapinã ſubtrahūt et in
ter ſe diuidūt. p̄s. Diuiſerunt ſibi
veſtimēta mea ⁊c̄.

Tunica ſaluatoris q̄ inconſuti
lis dicta eſt. quã milites nō
diuiſerūt. ſ eã ſortiti fuerūt. dicit̄
fuiſſe quedã tunica incōſuta ſcʒ ſi
ne ſutura cōtexta. quã beata vir
go ſibi exiſtenti puulo dicitur feciſ
ſe. que tandem ſcd̄m cremētū cor
poris dicit̄ creuiſſe. et ſic ſēp ſuo
corpi aptata fuiſſe. q̄ ſine detmen
to q̄ꝺ diu vixit durabat. ita ꝙ ip
ſã nulla ãtiquitas conſumebat.
Jllam etiam ſicut poſtea ponunt
alij. pylatus habuit et cum vo
caretur ad ceſarem ipſum volen
tē occidere. mox vt eū videbat iã
ipſius contra euʒ q̄eſcebat. mox
vero vt ab eo exierat ſtatim ↄtra
eū ſeuiebat. ſ eo iterū ad impato
ris preſentiã reuocato ſtatiʒ virtu
te tunice pr̄iceps ad mãſuetudieʒ
redibat et euʒ tanq̄ꝫ iuſtum abſol
uere ↄponebat. Aduertens ergo
ad hoc pr̄iceps expoliari ip̄m fecit
et tūc cōtra eū infamēs ad exiliū
condēpnauit. ſicut hec omnia ĩ hy
ſtorijs quibuſdaʒ cōtinent̄. Mor
Tuica ſaluatoris .i. tunica ſalutis
ē diuina gratia. quã maria virgo
.i. amaritudo penitētie cū acu con̄f
ſionis et cū virginitate .i. cū puri
ficatione et mūdicia cōfeſſionis cō
ponit. ita ꝙ nullã ſciſſurã vl̄ rup
turam alicuius diſcōtinuationis l̄
imperſeuerãtie ibi ponit. vnde ad
hoc ꝙ maria .i. amara penitētia tu
nicaʒ gratie faciat poteſt dici illð
Johan. xxi. Tunica ſuccinxit ſe
et miſit ſe in mare. Jſta enim tuñ
ca in chriſto in bonis perſonis ſem
per augetur. et quanto plus p bo
na opera creuerit q̄tocꝫ ad maio
rem etateʒ peruenerit. tanto ĩ ip
ſis tunica inconſutilis .i. gratia et
perſeuerantia plus augetur. Jſta
autem tante virtutis eſt ꝙ ſi py
latus .i. peccor quantūcunqꝫ fuerit
malus ipſam induat. nunq̄ꝫ erit
ſibi impator celeſtis deus ſcʒ ita i
ratus. quin ſi cuʒ iſta tunica corã
ipſo in die iudicij cōparuerit ſibi
inmanſuetudinem conuertatur.
et quin ab ipſo deo miſericordiam
conſequatur Si vero contingat ꝙ
ſine tunica diuine gratie homo ad
eat. tunc imperatorem deum ſta
tim contra euʒ commouebit et da
bit ſibi infernale exilium et tormē
tuʒ. bn̄ ergo dicitur. Apo. decimo
ſexto. Beat⁹ qui vigilat et cuſto
dit veſtimenta ſua ne nudus am
bulet. F Vel dic ꝙ
iſta tunica cr̄iſti ſignat eccleſiam q̄
reuera ſimplex inconſutilis ſine
diuiſione ſciſmatis vel erroris debʒ
eſſe et ſic poterit ſemper creſcere
et augeri. Ephe‍ſio. v. Vt exhibe
ret ip̄e ſibi glorioſã eccleſiaʒ non
habentē maculam aut rugam.

## Capitulum ſextum.

Valde mane vna ſabba
toꝝ mulieꝛs de nocte ve
neꝛt ad monumētū vt
emptis aromatibʒ vn
gerēt corpus cr̄iſti. Cum ergo cōq̄
rerent̄ de lapide q̄ erãt ad hoſtiuʒ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

reuoluēdo · ſcđʒ ꝙ · Math · xxviii
ponitur · Ecce terremotus factus
eſt magnus · angelus āt dn̄i deſcē
dit de celo et accedēs reuoluit la
pidem et ſedebat ſup eum · Erat
enī aſpectus eius ſicut fulgur̄ et
veſtimētum eius ſicut nix · Satel
lites vero qui corpus xp̄i ī ſepul
chro ſeruabāt q̄ſi mortui cecider̄t
Mulieres etiā p̄dicte ad aſpectuʒ
eiꝰ fortiter obſtupuerūt · Et ſicut
marcus dicit hic · mulieres intrā
tes in monumētum viderunt iſtū
in forma viriꝰ iuuenis ſtola cādi
da copertū Iſte aūt angelus mu
lieres fuit conſolatus et reſurrex
iſſe dominū ꝓteſtatus · Satellites
vero terruit · et ipſos quaſi mor
tuos dereliquit · ¶ Mora ¶ Per
ſepulchrū dn̄i p̄t intelligi eccleſia
materialis · in q̄ corpꝰ xp̄i ī ſacra
mento altaris ſeruat̄ · Vel etiā ec
cleſia vniuerſal̄ · in qua corpꝰ ī ꝑ
ſona paupū mortuū et dep̄ſſuʒ ia
cet et ſbſtentur · Vel ſacre ſcrip
ture miſteriū in quo corpus criſti
mortuū iacet .i. ī quo de morte cor
poris criſti hyſtoria continetur ·
Mulieres iſte deuote animas ſeu
mentes vel perſonas ſimplices de
ſignant · que aromata virtutuʒ et
vnguenta deuotionis · linituram
ꝙ cōpaſſionis portāt · et ihefum ſi
ue in pſona ꝓpria ſiue in paupuʒ
cōpaſſione · vngere et linire affec
tant · Mar · xiiii · Venit mulier ha
bens alabaſtrū vnguēti p̄cioſi et
effudit ſup caput ihesu Lapis grā
dis qui xp̄m claudit pondus dif
ficultatis ſignat · q̄d in via venie
di ad ihesum mulieres iſtas .i. ſim
plices retrahit · atq; grauat Veni
ēdo enīʒ ād pauperēs obuiat la
pis ꝓprie paupertatis · Veniendo
ad ſcripturam obuiat lapis diffi
cultatis · Veniendo ad eū in ſepul
chro mentis p deuotionē obuiat
lapis noſtre male conſuetudinis
et fragilitatis · Et ideo iſte mulie
res ante omnia debent auxilium
bonoruʒ querere · vt lapidem hu
iuſmodi valeant ſubmouē dicen
tes · Quis reuoluet nob̄ lapidem
Per angelum iſtū poſſunt intelli
gi boni eccleſiaſtici vel prelati · q̄
re uera debent dici iuuenes per v̄
tuteʒ fortitudīs et prudētie · aſpe
ctu fulgurei per virtūteʒ ſeuerita
tis et iuſticie · cum veſtimentis cā
didis p virtutē caſtitatis et mun
dicie · ſicut de angelo thobie dicit
Thobi · v · ꝙ ipſe inuenit iuueneʒ
ſplendidum ſtantem p̄ncīctū pa
tum ad ambulandū · Iſti enī dn̄t
aſpectu ſue ſeueritatis et iuſticie
ſatellites dyaboli .i. peccatorēs ter
rē · iſti per equitatē et mētis tran
quillitatē debēt ſedere · iſti ī monu
mēto xp̄i p ſue paſſionis meditati
onē vl̄ ſcripture expoſitiōeʒ et p
paupū nutritionē dn̄t manere Iſti
muliēs .i. ſimplices dn̄t ꝯſolari et
fouē · et lapidē .i. omne impedimē
tū quo minꝰ ihm̄ inueniē · et ad eū
p ſpē et deuotiōeʒ veniē valeāt re
mouē · et de reſurrectiōe et alijs
articul̄ ipōs iſtruē · Apo · x · Vidi
āgelū dei ī fortē deſcēdentē de celo cu
ius facies erat ſicut ſol · Iſta ergo
eſt veritas ꝙ quotiēs muliēs et
deuoti ad ihesū volūt p ſpē et peni
tentiā accedē · et eū p cōpaſſiōem
et deuotionem in ſe vel ī ſuis pau
peribus vngere · ſemper debent



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

angelos .i. viros eccleſiaſticos a p̄
latos obuiam habere · q̄ omnia im
pedimēta debent tollere · et lapidē
.i. ōne offendiculuꝫ remouere · et
eos cōſolari benigniter et iuuare
vt ſic de talibus angelis .i. viris ā
gelicis dicatur illud · Actuū .i. q̄d
de angelis dicitur · Ecce duo viri
aſtiterunt iuxta illos in veſtibus
albis ·

¶ Explicit Moraliſatiōes ſup
marcum · Incipiunt Moraliſatio
nes ſup Lucam ·

¶ Capitulum primum ‖ A

De euange
lio luce ni
chil itēdo
ponē · niſi
ſoluꝫ illa
que ī pri
o ſuperēē
vltra illa
que p̄iter
ponunt matheus et marcus Ergo
dicitur hic ꝙ miſſus eſt angelus
gabriel ad virginem mariā i na
zaret ſalutandā · q̄ ingreſſus ad e
am ipaꝫ ſuo lumine ſtupefecit · ſed
ꝯſolatus eā verbū nūciauit eidē ·
que credēs dei filiū mox cōcepit ·
Lu. i. ‖ Mora ¶ Iſta poſſunt appli
cari exēplariter ad virgīes et max
ime ad ſāctimoniales · quia reue
ra exemplo beate virginis iſte de
bent manē in ciuitate nazaret q̄ i
terpretatur vnctio vel mundicia
cuſtodiens aut ſeparatio · Que

iſte debent habere vnctioneꝫ deuo
tionis · mundiciam pure et caſte
conuerſationis · cuſtodiam ſui ip
ſius per diligentē diſcretioneꝫ et
ſeparationē a mundi negotijs · ſ
ſecularīū nugis · vel a quibuſcūq̄
malis conſortijs per ſolitariā habi
tationem Iſte etiā debent dici ma
ria per amaram penitentiam et cō
tritioneꝫ · et debent manere et ſta
re infra domum et clauſtrum per
omnis vagationis abdicationeꝫ ·
quod oſtenditur cū dicitur igreſ
ſus ad eam · quia non inuenit eaꝫ
in platea ſed in domo · P̄s · Ecce e
longaui fugiens a manſi in ſolitu
dine · Ad tales virgines non ſunt
qualeſcūq̄ viri mittendi · ſ ſolum
qui ſunt angelus gabriel qui īter
pretatur fortitudo .i. viri angelici
fortes in bonis moribus et robuſ
ti · tales enī de quibꝫ nulla poteſt
eſſe ſuſpicio debent virgines viſi
tare · lumine bonorum exemploꝝ
et documentorum ipſas illumina
re · et verbū dei ipſis nūciarē et p̄
dicarē · et ſic ipſe poterit mediātibꝫ
iſtis verbum dei p gratiam ſuſci
pere et concipere et ipſum in vtēo
cōſcientie retinere · Yſaie · ſeptimo
Ecce virgo concipiet et p̄iet filiū
et vocabitur nomen eius emanuel
quod eſt nobiſcum deus Audi ta
men q̄d dicitur ꝙ virgo expauit
de lumine et de angeli preſentia ī
conſueta In quo notari poteſt ꝙ
nō aliquis ita āgelicus ſit qui vir
gines eius conſortiū et p̄ſentiā de
beāt expauē · Et debēt de ipſis du
bitarē quouſq̄ eos ꝓbauerīt · viri
le enī colloq̄ū dn̄t metuē quouſq̄
ipſos cognouerint verbū ſalutis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vertaAter predicare · Abacuc · iij ·
Domine audiui auditum tuum ⁊
timui ¶ b

Cum beata virgo filiuꝫ dei cō
cepiſſet et quadaꝫ die ad ſa
lutandum elizabet · que iam ꝑ ſex
menſes ante iohannē baptiſtā cō
cepat · in montana celeriter aſcē
dit · ſic factū eſt ꝙ iohannes exiſ
tens in matꝛs vtero xp̄i et virgis
ꝑſentiā ſenſit · et ob eoꝝ reuerē
tiam exultauit · vn̄ dixit elizabet
Vnde michi hoc vt veniat mater
dn̄i mei ad me · vt enim facta eſt
vox ſalutationis tue ī auribꝰ me
is exultauit īfans in vtero meo ī
gaudio · ¶ Mora ¶ Iſta poſſunt
allegari ad confirmatiōeꝫ fidei in
carnationis · quā iohannes ī vtēo
ſenſit · et eā p̄dicauit exultando ī
gaudio · Vel poteſt allegari de ſā
ctitate iohānis · q̄ ī vtero exiſtēs
c̄ſtum honorauit · et diuinitatem
eius mox cognouit Vel allega de
humilitate virginis que ad ſalutā
dum cognatam dignata eſt aſcen
dere et ad eā feſtinare celerit · In
quo datur nob̄ exemplū · ꝙ nullꝰ
debet eſſe ita magnꝰ aut dignus
quin minores conſanguineos de
beat diligē · et eos quādoqꝫ benig
niter viſitare ¶ Vel dic ꝙ c̄ſti et be
ate virginis auxiliatrix preſentia
facit pueros · i · puros et innocen
tes ſp̄ualiter exultare · ⁊ ob ipſo
rum reuerentiā gaudere ¶ c

Zacharias patꝛ Iohānis bap
tiſte ante natiuitateꝫ ipſius
iohānis mutus extitit · quo nato
ſtatim loq̄lam recupauit · et ī lau
dem prupit dicēs · Benedictus
dn̄s deꝰ iſrl̄ · ¶ Mora ¶ Iohēs · q̄
interp̄etatur ī quo eſt gratia ſig
nat diuinā gratiam · · q̄ ergo tali
iohanne · i · diuina gratia caret · mu
tus · i · elinguis efficit · qꝛ ſalubre
nichil dicere vel loqui ꝯprobatꝛ ·
verū quādo iſte puer iohānes ſcꝫ
diuina gratia ſibi naſcitur · ⁊ a de
o cōcedit · tūc bn̄ cōgrue verba
ſalutis loq̄tur · vn̄ · Grego · In ua
nuꝫ laborat lingua p̄dicatoris · n̄
affuerit gratia ſaluatoris · ¶ d

Paſtores erāt ī regione vigi
lantes et cuſtodiētes vigili
as noctis ſuper gregem ſuū · Ecce
autē āgelus dn̄i ſtetit iuxta illos ·
et claritas dei circūfulſit illos · et
timuerunt timore magno · Iſte āt
angelus ſtatim cōſolatus eſt eos ·
et gaudiū magnum illis retulit ·
et natū in betlehem mundi ſaluā
torem nūtiauit · Illi continuo vt
laudes celeſtis exercitꝰ audierāt
vſqꝫ in betlehem venerunt · ⁊ ma
riam ioſeph et infātem inuolutū
pannis et poſitum in ꝑſepio rep
pererunt ¶ Moralitꝛ ¶ Iſti
paſtores poſſunt ſignarē bonos ſa
cerdotes prelatos et predicatorēs
prouidos · qui pabulo ſacre ſcrip
ture vl̄ ſubuētione tēpalis ſbſtā
tie · et cibo deuotiōis et eucariſtie
ſe · et alios nutrunt · greges ſbdi
toꝝ a lupis infernalibus cuſtodi
unt · et ſuper ipſos diligēter intē
dunt · Lu · xij · Si ſciret patfamili
as · qua hora fur veniret vigilaꝛet
vtiqꝫ et non ſineret pfodi domuꝫ
ſuā Tales ergo ab āgelis viſitātꝛ ·
lumine celeſtis gratie circūfūdūtꝛ ·
timore dn̄i conſternūtur et ab ip̄o
ſp̄ualiter conſolantur · Finalitꝛ āt
poſt mortem vſqꝫ in bethleem que



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

interpretatur domus pāis .i. vſq
in paradyſum tranſeunt· vbi ma
riam cū ioſeph et cum oībus ſan
ctis et infantem xp̄m inuolutum
pannis humanitatis noſtre nec nō
reclinatum in preſepio reqͤtioīs
eterne pſonaliter inueniūt· a quo
gaudiuz et cōſolationē glorie ſep
terne recipiunt et acquirūt· Glo
rificantes inq̄t et laudantes deuz
in omnibus q̄ viderant et audie
rant· Math· ij· Videntes ſtellam
gauiſi ſunt et intrantes domum i
uenerunt puerum cum maria ma
tre eius Debent ergo paſtores no
ſtri ſollicite vigilare vt tale poſſit
premiuz reportare· Apo· xvi· Be
atus qui vigilat·

## Capitulū· ſecundū· ‖ A

Xpc poſtq̄ cōtra dya
bolum temptantem ſe
preualuit· tandez in na
zareth veniens ſinago
gam iudeorum intrauit· Exhorta
bantur ergo ipſū iudei vt ibi i pa
tria ſua in q̄ nutritus et conceptus fue
rat aliq̄ mirabilia facerēt dicentes
Quāta audiuimus facta caphar
naū· fac et hic in patria tua· criſtꝰ
vero in illa patria nulla mirabilia
facere voluit· q2 nullum ꝓphetam
in ſua patria acceptū dixit· et p
exemplū helie et helizei predicauit
quoꝝ temporibus multe erāt vi
due et leproſi in iſrahel· helyas ta
men ad vnicā miſſꝰ eſt viduaz ſa
reptanā· et heliſeꝰ vnicū ſanauit
leproſū naaman ſcꝫ ſirum· qui ali
unde non de iſrahel natus fuerat

Ac ſi recte vellet dicere dominꝰ·
quia iſti ꝓphete non illis de patria ſꝫ
alienigenis fecerunt miracula· et
q2 nullus ſanctus homo in ſua pa
tria condigne honoratur· et ideo
ad extraneos receſſerunt Iſta etiā
am de criſto verificata ſunt· q2 cuz
in ſinagoga yſaiam exponeret iſti
conpatriote ſui indignabantur de
ipſo et eum filium fabri appella
bant· vnde· Mathei· decimo terci
o dicitur q̄ iſti de ipſo ſic dicebāt
Nonne iſte eſt filius fabri· nonne
mater eiꝰ et fratres apud nos ſūt
vñ ergo huic omnia iſta· Sicut eti
am hic dicitur· iſti de indignatio
ne ad iniurias proruperunt et eū
ad ſupercilium ciuitatis duxerunt·
et precipitare voluerūt· ipſe tamē
per mediū ipſoꝝ trāſiuit et de eo
rū manibꝫ euaſit· Lu· iiij· ‖ Mor·
Iſta oīa allega q̄ nimia familiari
tas parit cōtemptum· q2 rarea ita eſt
q̄ ſapiēs hō minꝰ reputatur i patria
ſua q̄ȝ i aliena· et minꝰ a notis q̄ȝ
ab extraneis populis et remotis
Facile enī eſt vt pes pibꝰ inuide
ant· et vt vicinorū ſuorū ſapiētiā
et virtutes alij mordeāt et cōtēp
nāt· Vñ cū a quodā philoſopho q̄
reret a quo eſſet in hac vita potiſ
ſime cauendū· reſpōdit q̄ ab inuidi
a amici· et iniuria inimici· Vñ quā
doq3 fit q̄ iniali et inuidi ꝯpatore
ꝯtra bonos vicinos inſurgūt· et
q̄ñ eos in virtute et ſapiētia vidēt
precellere ipis detrahēdo genꝰ ip
ſoꝝ ad memoriā reducūt et quā
do ꝯtra pſōas aliq̄d dicē nequūt· ip
ſū tamē occaſiōe generis vilipēdūt
dicētes Nōne iſte ē filiꝰ fab· nōne
pētes eiꝰ apud nos ſūt vnde huic

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omnia iſta · ac ſi diceret · Iſte nō
eſt dignus a nobis honorari · nec
eſt credibile ipſum poſſe virtuali
ter operari · quē de tā infimis parētibȝ
apud nos cōtigit generari · dicunt
enī illi. i. Re · xxvi. Quis ē dauid
et q̄s eſt filius yſai · Et tn̄ iſtud quā
doqȝ non ſuffiat · quinymo contra
euȝ pſonaliť inſurgūt · et eū de ſta
tu et gradu ſuo precipitāt et pſter
nūt · a ſua ciuitate et patria fugere
et recedere eū aliquociēs cogunt
Math · x · Inimici hominis domeſti
ci eius · ſicut patet de illo ſcipio
ne · q̄ dato q̄ rei publice romane
infinita bō feciſſet · ciues tamē ro
mani eius proſperitatē et virtu
tum magnitudinem ferre p̄ inui
dia non valentes ipſum in exiliū
ppulerunt · ſicut ponit macrobius
Sicut enī dicit dn̄s · Math · xiii ·
Non eſt ppheta ſine honore niſi i
patria ſua · Et ideo ſepe fit q̄ viri
prudētes ppriā patriā negglīgunt
et manſionē in alia patria querunt
ibiqȝ amplius honorātur · et pſpēi
tate maiori alibi quāȝ apud ſuos
pmouentur Quapropter dcm̄ ē
abrahe · Gene · xii · Exi de terra tu
a et de cognatiōe tua et de domo
patris tui et veni in terrā quā ego
monſtrauero tibi · et faciā te creſce ·

¶ Capitulū tercium ∥ A

Cum petrus et ſui ſocii
piſcarentur · et per totā
noctē laboraſſent et ni
chil cepiſſent · contigit
q̄ dominus nauē illā aſcēderet et de

nauicula turbas doceret · et q̄ na
uem in altū duci · et rethia in cap
turā laxari iuberet · Cum ergo pe
trus cuius erāt nauis de vano labo
re tocius noctis cōquereretur et
diceret · Preceptor p totā noctez
laborātes nichil cepimus · in verbo
autem tuo laxabo rethe · ſic factū
eſt q̄ tantam multitudinē piſciuȝ
concluſerūt q̄ rethe eorū rūpebat
ita q̄ aliā nauiculā in auxiliuȝ cō
uocarēt · et ambe piſcibȝ repleren
ť · Lu · v ∥ Mor ¶ Iſta nauis mora
liter ſignat aīām quā q̄libet in ma
ri et fluctibus huius vite habet re
gere · et ab ipſa rethe bone volun
tatis laxare · et piſces meritoruȝ
in hac nauicula congregare · vide
tamen q̄ q̄diu in iſta nō ē cr̄ıſtus p
gratiā · et q̄diu durāt nox et tene
broſitas vicioruȝ · tam diu deficit
captura piſciū. i. meritoȝ · Nocte
enī culpe ſatis poteſt homo laborā
re et bona opa perpetrarē · vl̄ circa
tēporalia lucra et negocia inſuda
re · nunq̄ tamē ſibi cōtinget ex tali
labore piſces. i. merita acquirere
vel habere · Per totam noctē igit
laborantes nichil cepimus · Yſaie
xlix · Inuanū laborauimus ſine cau
ſa et vane conſūpſi fortitudinem
meam · Sic reuera quādoqȝ cr̄ıſtus
ibi per gratiā intrat · vt tenebras ma
larum cogitationū doceat et dipel
cat · et tunc ad eius monitionem
et inſpirationeȝ rethe voluntatis
in altum ducitur in q̄ntum ſcilicet
affectus eius et opera ad eterne vite
altitudinem ordinantur · et ſic pro
certo piſces. i. merita cumulantur
ita q̄ due nauicule. i. non ſolū aī
ma ymo etiā corpus iſtis piſcibus. i.

d in

meritoꝛuꝫ operibus vix replent̄ •
ī cristi enim presentia non abſē
tia fit talis captio • in die gratie ⁊
in nocte culpe fit meritoꝝ acquiſi
tio • Jo • ix • Me oportet opāi opa
eius qui miſit me donec dies eſt •
b ¶ Vl dic ꝙ nauicula ſignat
ſacram ſcripturam in qua petrus
.i. quicūqꝫ predicatoꝛ ſatis ſine fru
ctu poterit laborare • et ſatis rethē
predicationis in marē huiꝰ mūdi
ꝑ piſcibus capiendis .i. ꝑ peccato
ribus conuertendis poteſt īuanū
mittere et laxare • niſi xp̄i preſen
tia per gratiaꝫ diuinā ſibi aſſiſtat
qui rethe predicationis in altum
ducere .i. ad ſpem eterne retributio
nis ordinare doceat • Sine enī xp̄i
gratia predicando non ꝓficitur • ⁊
ſine eius gratia in officio predica
tionis pro nichilo laboratur • p̄s •
niſi dominus edificauerit domum
et cetera • quod etiam bene ſuppoī
tur hic vbi xp̄c poſt piſcaturaꝫ pi
ſcium dixit petro • Noli timere ex
hoc iam hoīes eris capiens • C
DVm circa criſtum multi infir
mi vndiqꝫ confluxiſſent • ec
ce viri quatuoꝛ portātes hominē
in lecto qui erat paralitticus • cuꝫ
ipſum p̄ turba ante c̄ſtuꝫ non poſ
ſet ponere aſcenderūt ſuper tectū
⁊ per tegulas ſubmiſerunt ī lecto
in mediū ante eum • Xp̄c ergo vt
vidit fidem illorum palitico pecca
ta dimiſit • et vt lectum ſuum tol
leret et ſanus corpaliter recedēt
imperauit dicens Surge tolle lectū
tuū et vade in domum tuam •
Moꝛ ¶ Iſte paclitus eſt animꝰ
peccatoris q̄ eſt debilis et infirmꝰ
et per carnis mollicīe reſolutus •

et more palitica ad execūtionē bo
norum operum inhabilis et īeptꝰ
de quo • Mat • viij • Dn̄e puer meꝰ
iacet ī domo paliticus et male tor
quetur • Quatuoꝛ viri qui iſtum
portabant et corā iheſu po nere cu
piebant • ſūt q̄tuoꝛ cardinales vir
tutes • ł q̄tuoꝛ affectioēs que iſtuꝫ
paliticū animū ad ihm̄ qui interpre
tatur ſaluatoꝛ .i. ad ſalutis ſtatuꝫ
cupiunt adducere • et ſibi gratie
ſanitatē ꝑ viribus ꝓcurare Verꝫ
quia turba malarū cogitationuꝫ
et temptationū nec nō ſollicitudi
num mūdanarum illam ſanitatē
impediunt • ideo iſti portatores de
bent iſtum infirmum ſupra tectū
domus .i. ſupra apicē rationis ele
uare et erigē • et ab iſtis turbꝭ ma
lis ſemouere Deinde ipꝫ per ſui ip
ſius humiliacōeꝫ ante iheſum depo
nere • et eū per miſericordie iploā
tionem eidē offerre • et ab ipſo re
medium et veniam īploraꝛ̄ • Nā
ſi fecerit xp̄c ſibi peccata dimittet
et lectū carnalis delectationis ipꝫ
tollere et carnis deſideria auferre
p̄cipiet • ipſūqꝫ de vitio negligētie
ſurgē iubebit • ⁊ ī domū ſuā .i. eccle
ſiā ł boꝝ cōſcientiā pergē īpabit • ⁊
de lecto carnalis delectationis ex
ire dicēs • Surge tolle lectū tuū ⁊
vade • Ephe • v • Surge q̄ dormis ⁊
exurge a mortuis • vnde • Lu • vij •
Reſedit qui erāt mortuus • Vl per
iſtos portatores qui ſupponūtur
eſſe quatuoꝛ • itelligo eſſe quatuoꝛ
euāgelioꝝ doctoēs vel p̄dicatoēs ł
quatuoꝛ virtutū cardialiū poſſeſ
ſoēs q̄ paliticos .i. peccōēs dn̄o offe
rūt ita ꝙ de eoꝝ īduſtria ⁊ xp̄i cle
mētia ſani et mūdati recedūt •

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## ¶ Capitulum quartū. ¶ A

Ibat ihesus in ciuitatē
que vocabatur naym.
et cū appropiquaret ad
portas ciuitatis. ecce
mortuus efferebatur vnicus filius
matris ſue. et hec cuȝ eſſet vidua.
et turba multa ciuitatis cū ea. ihe
ſus miſericordia mot⁹ portatores
loculi ſtare iuſſit. et ipſis ſtantibꝫ
loculū tetigit. et vocans adoleſcē
tem ipſum a mortuis ſuſcitauit.
et ipſum matri ſue ſanum dedit.
Adoleſcens inquit tibi dico ſurge et
reſedit q̄ erat mortuus et cepit lo
qui et dedit eum matri ſue. Luce
vij. ¶ Mor. ¶ Iſte fili⁹ ſignat
quemlibet fidelem q̄ matris ſue ſcꝫ
eccleſie fili⁹ vnicus dicit. pro eo q̄
ab ipſa vnitate diligitur et fouet.
Militans em̄ eccleſia que nunc
a xp̄i perſonali preſentia videtur
viduata quēlibet fidelē in vnitate
diligit. ſummeqꝫ dolore afficit. quā
do per vitia ipſum perdit. ij. Re.
i. Sicut mater vnicū amat filiū.
ita. etc. Quādoqꝫ etiā fit q̄ talis fi
lius per peccatū moritur. q̄ iā a q̄
tuor portatoribus ſcꝫ a mala dile
ctione. a penitentie timore. a ſpe
longe vite. a ſpe finalis penitētie
i ſepulturā īfernalē offertur. iāqꝫ
in porta ciuitatis. i. exterius i pub
lica executione maloꝝ operū cuꝫ
turba vitiorū inuenitur. etiaꝫ i lo
culo ſeu feretro ꝓprie carnis ſeu
male ꝯſuetudinis inuoluit et geſta
tur. Sed xp̄c quādoqꝫ ſibi miſert⁹
de peccato ipſum ſuſcitat. loculuꝫ
carnis eius per correctionē tāgēs
ipſum per īſpirationē et p̄dicatiō
nem ad vitam et ſalutem vocat.
dicens. Adoleſcēs tibi dico ſurge.
Qui per contritionē ſurgit. et per cō
feſſionem loqui incipit. et ſic p ſa
tiſfactionem ipſū xp̄c matri ſue. i.
eccleſie reddit dicēs illud Johan.
xix. Mulier ecce filius tuus ¶
B ¶ Vel dic q̄ xp̄c tres mortuos
i trib⁹ diuerſis locis dicitur ſuſci
taſſe. Puellā in domo. Math. ix.
Adoleſcentem in porta ſicut hic.
Lazarū i ſepulchro. Johā. xi. Per
illos tres mortuos ſcd̄m doctores
intelliguntur tres ſpēs hominum
peccatorum. quos quiqꝫ dn̄s ſuſci
tat a peccato. Puella em̄ mortua
in domo ſignat animā in domo cō
ſcientie mortuā p malū deſideriuꝫ
ſeu conſenſū. Juuenis i porta ſig
nat peccatorem q̄ iā exiuit ad ma
lum opus et ad actum. Lazarus
in ſepulchro ſignat peccatorem.
qui totus eſt fetidus et corruptus
per male ꝯſuetudinis vitiū. Iſti
ergo a domino ſuſcitati leguntur.
quia nullus peccator ſiue ſit ſoluꝫ
mortu⁹ i conſenſu. ſiue ſit exteri⁹
in actu. ſiue in male ꝯſuetudinis
eſtu nō poteſt ſuſcitari vel iuſtifi
cari per alterū q̄ꝫ p xp̄ꝫ. xp̄c autē
iſtos tres ſuſcitat. q̄ de omni ge
nere peccatoꝝ criſtus aliquos ad
vitam vocat. ¶ C

Cum dominus in domo ſimo
nis leproſi recūberet. ecce mu
lier q̄ erat i ciuitate peccatrix. attu
lit alabaſtrū vngēti. et ſtās retro
cepit lacrimis abluere capill' ſuis ter
gere. ore oſculari. et vnguēto vngē
pedes ei⁹. Vidēs aūt dn̄s ſymonē i
dignatum de hoc. q̄ a peccatrice
muliere ſe tangi permitteret. ipſū

increpauit. parabolā de duob⁹ de
bitoribus recitauit . et ſic penitē
ciam mulieris conuiuio hoſpitis
ꝑpoſuit. et ipſe mulieri peccata o
mia relaxauit. // Mor ¶ Iſta poſſūt
allegari ꝙ deus plus peccatorem
diligit perfecte penitētē ꝙ̄ iuſtum
arrogantē et de ſuis virtutibꝫ pſu
mentem alioſqꝫ ɔtēpnētē3 . Tale
etiā3 aliq̄d de phariſeo et publica
no dicitur. Lu. xviii . ꝙ videlicet
phariſeus q̄ publicanū ɔtēpnebat
et ſuas iuſticias recitabat . ſe qꝫ
alteri pferebat rēprehēditur Pub
licanus vero q̄ ſua peccata memo
rat. vix audebat celū aſpicere. a
pect⁹ pcutiēs miſerere clamabat.
iuſtificatus receſſiſe pbatur. ideo
bene dicitur. Lu. xv. ꝙ gaudium
eſt angelis ſuper vno peccatore pe
nitentiā agente . ꝙ̄ ſup nonagita
noue iuſtis. // D ¶ Vel allega ꝙ
plus placet dn̄o ſacrificiū ſpūs cō
tribulati . ꝙ̄ opus exteri⁹ ꝓpala
tū. plus eīm cōmēdatur penitenti
a magdalene lacrimoſa . ꝙ̄ ſimōis
cibaria copioſa . et magis fuit re
fectus dominus peccatricis fletibꝫ
ꝙ̄ ſui hoſpitis cibis et potibꝫ. ps.
Fuerunt michi lacrime panes. Vl
allega q̄n multi ſūt ita preſūptu
oſi ꝙ cū quis ſemel peccator fuerit
non credūt eū ad dn̄m poſſe ɔuer
ti. nec debere a xp̄o recipi nec xp̄3
ī ei⁹ obſequijs oblectari. quinymo
ſi ipſos penitentes iuxta ſe vidēt
indignantur: eorum conſortiu3 de
teſtantur . non recordātes hūanā
fragilitatem . nec attendentes bo
nam quam habent a domino volū
tatem . ſed ſemper oculum haben
tes ad illam qua3 quādoqꝫ cōmiſe
runt prauitatem cu3 tamen dicat
yſid . de ſūmo bono . ꝙ deus ñ reſpi
cit quales ante vixerimus . ſed q̄
les in fine erim⁹ et ad . Ro . v . vbi
habūdauit delictum ſuperhabūda
uit et gratia // E ¶ Vl vide
in iſta peccatrice forma3 et exēplar
cuiuſlibꝫ penitētis ꝙ debet vnguē
tum pietatis deuotionis et cōpaſ
ſionis in alabaſtro vaſe firmo .i.
in corde bono ꝓpoſito fortificato re
ponere . tamen non ſtati3 debet ſe
dignum xp̄i preſentia reputare . ſ
magis retro debet ſtare . inq̄ntum
videlicet appropinquare ad ipſi⁹ ḡ
tiam ſe debet indignū credere . et
immūdū et impiū iudicare . Luce .
xviii . Publicanus a lōge ſtās no
lebat oculos ſuos ad celū leuare
ſed percutiebat pectus ſuū et cete
ra . Tandē debet lacrimas cōpuncti
onis emittere . capillos ſuarum co
gitationū p ɔfeſſionē reuoluere a ſic
pedes iheſu .i. affectū dn̄i hoc ē cri
ſti miſericordiam abſtergere a la
uare . vnguētū deuotionis adiūge
et caritatis oſculū ſibi dare . Que
pcerto ſi fecerit xp̄c ſuā penitenti
am acceptabit . a omnia peccata
dimittentur . ps . Poſuiſti lacrimas
meas in conſpectu tuo // F ¶ Vl
dic ꝙ pedes domini ſūt paupēs q̄
in xp̄i corpore miſtico infimū locū
tenent . Perſona ergo que pecca
ta ſua vult ſibi remitti dēt illos pe
des lacrimis ɔpaſſionis . vnguento
cōſolationis . oſculo dilectionis .
capillis elemoſinarie ſubuētionis
amplecti . Quia p certo qn̄ capilli a
ſuperfluitates tpaliū bonoꝝ in vſū
paupū p elemoſinas exponuntur
et compaſſio dilectio et conſolatio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

erga eas exhibentur· peccata facili
ter remittunẗ· Daniel· iiij· Pecca
ta tua elemoſinis redime ꝛc·
G ¶ Vel dic ſcd̕m ſanctos alle
gorice ꝙ iſte phariſeus ē popul9
iudaycus· magdalena peccatrix
eccleſia gentiliū q̄ ad xp̄m veniēs
recipitur. lacrimas cōpunctionis· ca
pillos ſatiſfactionis· vnguentum
bone fame et opinionis· ꝛ oſculū
dilectiōis exhibet· de quo popul9
iudaicus indignatur cuius tam
actus et opa alteri ꝓferuntur·

¶ Capitulum quintū· A

In iſto capitulo· ix· ꝯpoi
tur de quinq̃ panum
multiplicatiōe· de trāſ
figuratiōe et filij luna
tici curatiōe· de illi9 q̄ expellebat
demones non ꝓhibitione· Sed de
hijs omnibus vide in locis ſuis in
Mat· Hic ſoluȝ hoc volo ſupaddi
ꝙ xp̄c cū quadā die per ciuitatem
ſamarie tranſiret et ſamaritani
ipſum recipe noluiſſent· ꝓ eo ꝙ
verſus iheruſalē ꝓpabat· et diſci
puli eius ſcȝ iacobus et iohānes·
idignati contra ſamaritanos dix
erunt xp̄o· vis vt dicam9 ꝙ deſcē
dat ignis de celo vt ꝯſumat illos
ſicut fecit helyas· hos increpās do
minus ait· Neſcitis cuius ſpirit9
eſtis· fili9 eni hominis nō venit a
nimas perdere ſed ſaluaꝛ. Mora
¶ Iſta poſſunt allegari cōtra ſeueri
tatē quotidaȝ miſtrorū· qui tāto
zelo iuſticie ſūt ipleti· ꝙ quādo vi
dent magiſtro ſuo aliquid fieri l
aliqd̕ iniuſte vl̕ ciminoſe ꝑ alios ꝑ
petrari ſtatim ſolent illos ſine mi
ſericordia velle puniri· et igne ri
goris et vindicte caſtigare. vn̄ ipi
xp̄o. i. prelato vel ſuperiori videnẗ
dicere ſup̈ dicta· Vis dicamus ꝙ
deſcendat ignis et cōſumat illos
Simile habet· Job· xxxi· Si n̄ dix
erit viri tabnaculi mei q̄s det ꝛc·
Xp̄c tamen. i. bonus ꝑlatus dȝ ze
lum taliū et eorū ſeueritatē repre
hēdere· et ſe velle ſalutē hominuȝ
nō ꝑditionē aſſerere· ꝛ poti9 pati
ēt iniurias eorū diſſimulaꝛ· ꝙ̄ ni
mis celerẗ vīdicaꝛ· Neſcitis inq̄t
cui9 ſpūs eſtis. i. neſcitis quo ſpū
ducimini· fili9 hominis. i. ꝑlatus nō
debet hoīes ꝑdere ſed ſaluare. i. nō
debet vīdictā querē· ſȝ miſericordi
ter idulgē· faciēs iuxta illd̕ Leui
xix· Nō queres vltionē ciuiū tuo
rū· Et breuiẗ dic ꝙ diſcipuli. i. ſb
diti· multas iniquitates facerent
niſi eos boni dn̄i cohiberent· Hic
etiam allega de rigorē quotidiani
reſpectu miſericordie ſaluatoris·
per omnia vt ſupra eſt ſatis tactū
¶ Vel dic ꝙ tales ſamaritani ſunt
multi mali ſeculaꝛes· q̄ ſcȝ eo ipo
ꝙ aliquis ē bonus et ſcūs ipſū re
ſutāt recipere· et euȝ ſolent cōtēp
nere et horrere· ſicut patet· quia
bonos religioſos recipe raro vo
lunt· Johan. i. Et ſui eum non re
ceperunt·

¶ Capitulū ſextum· A

Hic caplo· x· dicitur· ꝙ
homo quidam deſcēde
bat a iheruſalē in ihe̕ri
cho· ꝛ incidit i latrōes



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qui ſpoliantes euz plagis impoſi
tis abierunt et ipſū ſemiuiuū reli
querunt Quidā ergo ſacerdos per
viā tranſiēs viſo eo pretñt· ſed
et leuita poſt ipſū veniēs ipz imi
ſericordit ptrāſyt· Samaritanus
autem quidā iter faciēs ſecus euz
viſo eo miſericordia motus infun
dēs vinū et oleū vulneꝛ̄ ei9 alliga
uit et ipz poſitū i iumētū ſuū dux
it in ſtabulū· et eius curā egit·
Altera vero die duos denarios ꝓ
tulit et ſtabulario dedit et ſibi ip
ſius curā cōmēdauit dicēs· Curaz
ipſius habe· et qdcūqꝫ ſuperoga
ueris ego cū rediero dabo tibi·
Mor Allegorice ſic exponitur·
cōſtat em̄ ꝙ homo quidā ſcz adaz
vl̄ ho mo in genere ſcz humanū ge
nus peccādo deſcēdit a iheruſalem
in ihericho .i. a padyſo terreſtri in
mūdum· et de ſtatu ſalutis in pe
riculū· de pa̅ta i exiliū· et tūc in
cidit in latrones .i. demonū tēpta
tiones et i mortē· q̄ ipſuz verbera
bāt et immortalitate ſpoliauerūt·
plagasqꝫ cōcupiſcētiarum impoſu
erunt· et eū ſemiuiuū et lāguidū
dimiſerūt· Job· xix· Venerunt la
dati redditus eccleſie audita eſt
vox in aere dicens. hodie effuſum
eſt venenū in eccleſia ſācta dei.
et quare venenum. quia tunc ve
re in ſtatu clericorū et religioſo
rum auditi ceperunt et videri ful
gura que ledunt oculos malorū
exemplorum. et tonitru alitium
⁊ turbationum. voces infamiaꝝ
et contentionum. terremotus tri
bulationum rapinaꝝ inuaſionū
Et breuiter tota ciuitas magna et
ſancta. ſcꝫ eccīa diuiſa fuit i tres
partes. qꝛ ibi eſt vna pars que ſe
quitur ſuperbiam et vanitatē. ali
a luxuriam et carnalitatem. alia
auariciam et cupiditatem. Iſte
ſunt tres lancee infixe i corde ab
ſolon. i. peccatoris. et ideo ſequi
tur terciū. ꝙ ciuitates gentiū ce
ciderunt. Eſt enim conſequens ꝙ
clericis delinquentibus ciuitas
gentium. i. ſtatus ſecularium per
ſonarum. per eorum mala exem
pla et vicia corrumpantur. et fa
ciliter cadant in peccatum. ideo
dicitur. Trenorū. primo. Quo
modo ſedet ſola ciuitas plena po
pulo. et cetera. ‖ O ¶ Vel
dic ꝙ aer eſt prelatus eccleſie vel
religionis. altus et clarus excel
lentia vel dignitate. Quando er
go talis eſt potatus fiala dyaboli
ca. i. malicia et iniquitate. tunc in
templo religionis vel eccleſie au
diuntur voces magne litium vel
contentionum detractionum ap
pellationum. Videntur etiam ibi
fulgura id eſt mala exempla.
q̄ ab ipſo et malis ſubditis oſten
duntur. Item tonitrua iactā
tie. et verba blaſphemie et com
minationis quantū ad ſubditos
et vltra hec terremotus tribu
lationum et oppreſſionum.
quia tales verbis cōminatorijs
et oppreſſionibus grauant ſubdi
tos et innocentes. et maxime

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

illos qui non ſunt de parte ſua ·
Ideo ciuitas ecc̃e vel religionis
diuiditur in plures partes per p
ꝓalitatẽ et in plures ſectas · ꝙ ex
hoc ſequitur caſus ciuitatis gẽtiũ
id eſt deſtructio ſecularium popu
loruꝫ · qui per exempla eorum de
cipiuntur et corruunt in profun
dum · Math · xij · Omne regnum
in ſe diuiſuꝫ deſolabitur et dom⁹
ſupra domum cadet ¶ Vel dic ꝙ
angelus cum ſua phiala eſt detra
ctor vl' adulator cum ſua locutio
ne venenoſa · a quo ſcilicet aer ſo
cietatis inficitur · et lis diſcordia
et diuiſio generatꝰ · // P

Actum eſt autem ꝙ babilõ
illa ciuitas magna venit ad
memoriam ante dominum · vt da
retꝰ illi calix vini indignationis i
re eius · tunc enim omnis inſula
fugit et montes non ſunt inuẽti ·
et ſequitur ꝙ grando magna ſi
cut talentum deſcẽdit de celo ſu
per homines · et blaſphemauerũt
deum propter plagaꝫ grandinis
quia magna facta eſt vehementꝰ
// Mor ¶ Babilon que
interpretatur cõfuſio ſignat mũ
dum · vbi omnia ſunt confuſa et
male ordinata · ꝙ peiores ſũt me
lius promoti melioribus · Iſte e
nim venit in memoriam ante de
uꝫ · ꝙ hodie propter peccata mũ
di neceſſe eſt ꝙ deus potet hõies
vino indignationis ſue · Illud aũt
vinum eſt dampnatio vl' tribula
tio · Hodie enim non inuenitur i
ſula · i · ſtatus perfectus religionis
quin ſcilicet mari ſicut inſula · i · pe
nitentia et amaritudine circumdã
gatꝰ · Non inuenitur mons · i · vit

alte cõtemplationis Quid ergo !
procerto grando rapine et exac
tionis q̃ntũ ad ſuperiores · blaſphe
mia et iuratio deſperationis et tꝰſ
tis deſolationis q̃ntum ad inferio
res · vnde Apo · vi Oẽs mõtes et
inſule de locis ſuis mote ſunt · //
M ¶ Vl' dic ꝙ grãdo ſignat pe
nã inferni et etnã dãpnationeꝫ ·
que infertꝰ hominibꝫ ꝓpter peccatuꝫ
Merito hec patimur ꝙ peccaui⁹
in fratrem noſtrum ideo venit ſu
per nos tribulatio · Gene · xlij ·
Sed iſta grãdo eſt ſicut talentum
qd' eſt põdus et mẽſura Circa qd'
notandum ꝙ tribulatio que nũc
infertur vl' in futuro ponderata
eſt a deo · menſurata et limitata
ſecundum demerita perſonarum
ideo dicitur talentum a talis · ꝙ
qualis culpa talis pena · Deute ·
xxv · Secundum menſuram delic
ti erit et plagarũ modus Illa ve
nit de celo ſuper homines · i · a ſur
ſum a dei ordinatione bona et iuſ
ta · q̃ꝗ̃ nobis ignota · q̃a non eſt
malum in ciuitate qd' non fecerit
dominus · Amos · iij · Sed ſe
quitur vnum terribile · ꝙ ſcilicꝫ
homines blaſphemauerunt deum
propter grandines · quia dato ꝙ
peccatores videant ſe iuſte pati
propter peccata ſua · et videãt de
um ſibi iuſte offenſum · ipſi tamẽ
non emendantur · nec ad deum
reuertuntur · ſed magis deum
ſuis factis et verbis irritant et
blaſphemant · Quod maxime
erit verum de dampnatis qui e
rant in ſuis malicijs obſtinati ·
Iheremie · v · Domine vulneraſ
ti eos et non doluerunt · percuſſiſti

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eos et tñ a vījs ſuis non ſunt re
uerſi. Vł exponē de die iudicij. v
bi babilon. i. mundus a deo cōdēp
nabitur et grādine. i. eterna dāp
natione punietur. et vbi mons
et inſula ad lrām non inuenietur
q2 tota tra erit plana.

## Capłm decimūſeptimū // A

IOhannes ſublatus in
deſertum vidit mulie
rem meretricē cū qua
fornicati ſūt omnes re
ges terre. et omnes habitātes ī
terra biberūt de vino proſtitutio
nis ſue. que ſedebat ſuper aquas
mł'tas. a vidit q̄ mulier ſedebat
ſuper vnam beſtiam coccineā ple
nam nominibus blaſphemie hñtē
ſeptem capita. et cornua decem.
Et erat mulier circundata cocco
purpureo. auro et lapide precio
ſo et margaritis. et hēbat in ma
nu ſua vas aureum plenū abho
minatione et īmundicia fornicatio
nis ſue. et in fronte eius erat ſcp
tum. babilon magna. mater for
nicationū et abhominationū tre
Et vidit mulierem ebriam de ſan
guine martirū ihesu. et miratus
eſt de muliere. ⁊ de beſtia que por
tabat eam. Sʒ conſequenter dr̄. q2
iſta beſtia aſcendit de abiſſo et ī
interitum vadit. hec habent. Apo
xvij. De muliere aūt dicit̄ infra ſe
quenti caplo. q̄ q̄ntum glorificauit
ſe in delicijs ſuis tātum datum ē
ei tormentum et luctus. q̄a vna
hora venerunt plage eius. ſcilicet
mors luctus fames et ignis. q̄a
magnus in q̄t dominꝰ q̄ iudicabit
eam. // Mor ¶ Deſertū ē mū
dus iſte. vbi pauca bona creſcūt.
Marci. vi. Deſertus locus eſt hic
Mulier iſta ſignat aduocatos. et
ſapientes ceteros huiꝰ mūdi. qui
dicūtur mulier. quaſi mollis aer
q2 in deliciarū mollicie ſūt nutriti.
Et dicunt̄ meretrix. q2 tales mo
re meretricis ſemper diligūt nō
pſonā meliorem ſ3 largiorē dona
torem. Ezech. xv. Omnibus mē
tricibus dantur mercedes. Cū iſ
ta ergo muliere. i. mūdi ſapiētibʒ
fornicāt̄ reges terre. q2 vere oēs
reges terre et principes habēt cū
iſtis ſua colloquia et cōcilia et cū
eis aſſociantur. oēs etiam habita
tores terre inebriantur vino proſti
tutōnis eorū. i. ſua fallaci ſapiētia
diſcretione aſtucia. Ihere.
Calix aureꝰ babilō ī manu domi
ni inebrians oēm terrā. de vino
eius biberunt gentes et ideo com
mote ſunt Et ſequitur q̄ iſta mu
lier. i. ſapientes ſedēt et principant̄
ſuper aquas multas. i. ſuper popu
los multos. quia aque ſup quas
meretrix ſedet populi ſunt et tri
bus et lingue ſicut infra eodē di
citur Hic etiam dicitur q̄ iſta mu
lier principalit̄ ſedebat ſup vnā
beſtiam coccineam q2 tles ſep ha
bēt vnam beſtiam. i. vnum magiſ
trum vł prelatum cui principali
ter innituntur. q̄ principalit̄ ip
ſos fouet et ſuſtinꝫ. et cui iſti pri
cipalit̄ famulant̄ et eius principalit̄
cōſulūt atq3 regūt. Et pcerto iſ
ta beſtia. i. ipi mali pncipes et fau
tores talium iniquorum. dicun
t̄ coccinei rubei et īflāmati. Dicūt̄



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

etiam beſtia q2 vere quaſi oēs ſūt
beſtiales luxurioſi hebetati et ig
norantes. Hūt etiam plura capi
ta .i. plura caſtra predia et homa
gia. Plura etiam hūt cornua idē
plures baliuos et collaterales ſi
bi in diuerſis officiꝭ adherentes
quibus mediantibus multos ſb
ditos ſuos cornu percutiunt atq3 le
dunt. Zach. pmo. Hec ſunt cor
nua que ventilauerunt iudam. et
talis beſtia .i. tales pricipes et fau
tores malorum ſūt pleni nomini
bꝰ blaſphemie. q2 vere iſti habēt
plura nomina. īfamia et blaſphe
mia plena. q2 dicuntur luxurioſi
raptores et malorum fautores ſu
perbi et pomposi ꝛc. Prouer. x.
Nomen impiorum putreſcet Su
per tales ergo innituntur et ſedēt
mulier .i. fallaces aduocati. quia
iſtos iſti domī beſtiales ſuſtinēt
et tales ad litteram ſūt hodie veſ
titi ornati ditati purpura cocco au
ro lapidibus et margaritis. et cūc
tis diuitiꝭ pretioſis. pſ. Ecce ip
ſi peccatores habūdantes in ſecu
lo obtinuerunt diuitias. Iſti eni3
habent vas aureum .i. intellectu3
ſubtiliſſimum clarum et ſplendi
dum quaſi aurum. ſed illud ē ple
num malo liquore ſcil3 immundi
cia et abhominatiōne fornicatōnis
ſue. hoc eſt dictu īmunda corrup
ta et venenoſa ſeculari ſcientia et
copia cautelarum. que ē abhomia
tio coram deo. q2 ſicut dicitur .i.
Cor. iii. Sapientia huius mundi
ſtulticia eſt apud dnm Iſta muli
er .i. aduocati et ſapientes huius
mundi. in fronte .i. publica fama
nomine et apparentia ſua. habent

ſcriptū vnū nomē cōe. q2 dicitur
babilon .i. pleni confuſione et pec
cato. mater fornicatōnū tre et ab
hominatōm. q2 vere ab iſtis ma
giſtris et aduocatis. quaſi a ma
tribus principalibus prouenerūt
mūdi fornicatōes. abhominatōes
falſa cōſilia praue conſuetudines
cautele et malicie. quas iſti ſemi
nant circunquaq3. omnia ſunt ab
hominatiua apud deum. Pſa. pe.
lxvi. Anima eorum in abhomina
tōnibus ſuis delectata ē. Et iſti p
certo ſūt ebrij ſanguine martiru3
ihesu. Martires ihesu ſunt paupe
res qui in hoc mūdo ſuſtinēt mul
ta mala. Iſtorū ergo ſanguine .i.
iſtorum ſubſtancia tēporali ſunt
tales ebrij et repleti quia iſtū con
tinue bibūt et hauriunt p extorci
ationes fraudes malicias et rapi
nas .i. Teſſal. v. Qui ebrij ſūt no
cte ebrij ſūt. et maxime apparēt
ebrij .i. ſine ſenſu. q2 coiter in mor
te deficit talibus ſenſus. pſ. Tur
bati ſūt et moti ſunt ſicut ebrius
et oīs ſapiētia eorꝫ deuorata eſt.
Iſta mulier .i. iſte perſone pollēt
hodie tanta gloria tēporali. q2 ō
nes hoīes de eorum proſperitati
bus admirātur. Sed vere doloro
ſus ſequitur ſibi finis. q2 dicitur
q2 beſtia que eos portabat .i. mali
principes taliū fautoēs. de abiſſo
venerūt. et tū in interitū vadūt.
de abiſſo .i. de dyabolica inſpiratōe
vl' ſymoniaca promotōe vl' violē
tie oppreſſiōe. facti ſūt p'ncipes l'
plati. iuxta illud. Oſee. viii. Iſti
regnauerūt ſed nō ex me. p'ncipes
extiterunt ſed non per ſpiritū me
um. et ideo in interitum mortis

eterne neceſſe eſt eos ire. Muli
er etiam .i. iniquus iudex ballivus
vel officialis vel malus ſuperior v
ſurarius vel dives q̄ntum in vita
ſua ſe glorificavit et in delicijs fuit.
tm̄ dabitur ſibi in inferno tormē
tum et luctus. Oſee. iiij. Gloriā
eius in ignominiam mutabo. Naz
in vna hora ſcȝ in puncto mortis
corporalis venient plage eius .i. e
terna dāpnātio fames ſine ſatu
ratione. luctus ſine cōſolatione.
mors ſine curatione. ignis ſine ex
tinctione. Fuerunt enim in hac
vita famelici per avariciam. lugu
bres per malā triſticiā. mortui p
pigriciā. igniti et inflāmati p ira
cūdiam. ideo merito eis infligitē
perpētuo fames. luctus. mors. et
ignis. et hoc q̄r magnus eſt dn̄s
q̄ ipſos iudicat et condempnat.
Ezech. xiiij. Quatuor iudicia me
a peſſima. gladium. famem. beſti
as malas. peſtilenciam. immittaȝ
in iheruſalem. ¶ h ¶ Vel dic
ad lrām q̄ iſtā mulier eſt mētrix
luxurioſa que moratur ſup aq̄s
deliciarum. que fornicatur cū re
gibus .i. cum clericis et religioſis
qui habēt alios regere. cuius vino
.i. fallacitate quaſi ōnes habitato
res terre vel prie inebriātur. et
tales ſunt indute auro et purpu
ra. et ceteris p̄cioſis vt magis al
liciant intuentes. et in frontibus
talium pro certo ſcribitur nomē
ſuum. q̄r vere quilibet p̄t legere i
fronte .i. in apparencia iſtarum q̄
ipſe ſunt babilon .i. digne confuſi
one. matres et nutrices fornicati
onum et abhominationum. Ihe.
iij. Frons mulieris meretricis fac
ta eſt tibi et noluiſti erubeſcere.
Iſta etiam mulier q̄n̄q̄ȝ habet be
ſtiā que portat eam .i. aliquam ve
tulam maqrellam. que eſt eius cō
ſiliatrix. q̄r cōiter tale opus n̄ fit
n̄ mediante aliquo fautore. et iſ
ta pcerto eſt plena nominibȝ blaſ
phemie. q̄r tales mediatrices h̄n̄t
nomen vile. turpe. et infame.
Finaliter autē beſtia et mulier .i.
mediatrix et meretrix vadūt in inte
ritum mortis. et q̄ntum habuerīt
hic de gloria et delitijs. tm̄ hēbūt
ibi finalit̄ de tormentis .i. Mach.
.i. Scdm gloriam eius multiplica
ta eſt ignominia eius ¶ C
Vidit iohannes mulierē ſu
per beſtiā ſuā eq̄tātē. et illa
beſtia hēbat decē cornua. ſed dici
tur q̄ iſta cornua occiderūt illam
mulierem fornicariā. et deſolatā
eam fecerunt. et carnes ipſius co
mederunt. et ipſas ignibus cre
mauerunt. ¶ Mor ¶ Iſta
mulier eſt iudex aduocatus forni
carius et variatus. ſcilȝ acceptor
munerum et pſonarȝ. qui a beſti
a .i. a malo p̄lato ſuſtinetē et moue
tur. ſed vere accidit q̄ cornua iſ
tius beſtie .i. filij vel ſucceſſores
prelati l̄ principis q̄ ab eo oriunē
odiūt et pſecunē illā mulierem .i.
talem malū pat̄s ſui conſiliariuȝ
et iuſto dei iudicio operante ipſūq̄ȝ
iuxta ſua demerita puniēte. q̄n̄q̄ȝ
talē depaupant et denudāt. et fa
ciūt deſolatū. et carnes eius .i. vxo
rēs et filios poſt eius deceſſū cōedūt
p rapinas. et eos cōburūt et p di
uerſas tribulatiōes trucidāt et affli
gunt. Sepe enim accidit q̄ illos
quos prēs dilexerāt. filij pſequūē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et carnibus ſue temporalis ſubſtā
tie ſaciantur· ¶ d ¶ Vl' dic
ꝙ mulier eſt dyabolus vel ātixp̄s
ad quem reges.i.mundi rectoēs
fornicantur et iunguntur per pec
cata·quia iſte eſt qui ſup aquas
mundane proſperitatis ſedet et
peruertitur·iſte equitat beſtiaz.i.
hominem peccatorem beſtialez ⁊
carnalem·qui pro certo fit cornu
tus per ſuperbiam et elationem·
fit etiam hn̄s plura capita per ob
ſtinacōem et ceruicoſitatem·dr̄ e
tiam coccineus per ſanguineam
carnalitatem· Iſtum ergo eq̄tat
dyabol⁹ et ducit eum per loca de
liciarum et diuiciarum iuxta arbi
trium volūtatis· Iſta etiam muli
er dyabolus vl' ātixp̄s hēbit i ma
nu ſua poculum aureum ſacram
ſcripturam quam ipſe optime ex
ponit· Verūptamē ipſa tunc erit
plena immundicia et abhomina
cōe peruerſa et heretica expoſicōe·
Vel poculum eſt dyabolica tempta
cō·qua ipſe inebriat peccatores·
ideo dicitur babilon mater forni
cacōnuz et abhominacōnum·quia
dyabolus eſt mater omnium ma
lorum·iſti tn̄ et beſtie ſue.i.pecca
tori ſibi obedienti dabitur interi
tus·fames ignis luctus· Luet
que fecit ōmia·nec tamen ↄſumet
Job·xx·

¶ Capl'm decimūoctauū A

Vidit iohānes quendaz
angelum deſcendentem
de celo habentē clarita
tē dei· et terra illumi
nata eſt a claritate eius·qui cla
mauit voce mag̃·Cecidit babilō
iſta magna· et facta eſt habitacō
demoniorum et cuſtodia omnis
ſpiritus immundi·⁊ volucris im
munde· Et cum ea fornicati ſunt
omnes reges·⁊ omnes mercato
res terre de virtute diuiciarum e
ius diuites facti ſunt· Et ideo cō
ſulit alia vox que venit de celo·
dicens· Exite de ea popule meus
ne participes ſitis deliciaruz eius·
et de plagis eius non capiatis·qr
peruenerunt vſqꝫ ad celum pecca
ta eius·⁊ recordatus eſt domin⁹
iniquitatum eius· Apocalipſis·
xviij· ¶ Mor ¶ Ange
lus iſte ſignat criſtum ſeu perfec
tos viros predicatores.qui de ce
lo.i.celeſti ordinacōne mittuntur·
iſti pleni ſūt claritate.i.lucida diſ
crecōne·vel claritate.i. apparētie
honeſtate· Ideo tota terra.i.tota
patria illuſtratur claritate ſuorū
exemplorum et documentorum·
Luce· primo· Illuminare hys q̄
in tenebris et in vmbra mortis ſe
dent· Iſti ergo clamant alta vo
ce ꝙ babilon.i.mundus cecidit ⁊
corruit a ſtatu et rectitudine ve
ritatis·facta eſt habitatio demo
niorum id eſt crudelium auarorū
et raptorum· et ſpiritus immun
di id eſt immundorum et luxuri
oſorum· et omnis volucris im
munde id eſt ſublimium et ſuper
borum·quiaquemadmodū dici
tur Johannis· ſecundo capitulo·
Omne quod eſt in mundo · aut
eſt concupiſcentia carnis · aut
oculorum·aut ſuperbia vite· Nā
reges terre et mundi principes q̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alios habẽnt regere · vl' etiam cle
rici et religioſi · cum iſta ciuitate
.i. cum mundo fornicantur · ſe ei cõ
miſcendo et de eius negocijs occu
pando Mercatores ergo et opera
rij in iſta ciuitate · lucris et diui
cijs ſunt ditati per auariciam · et
ideo ſeq̃tur conſilium · Exite de ea
ſcʒ ipſam contempnendo mentali
ter · vl' religionem intrando cor
poraliter · et ne ſitis participes de
lictorum ei9 .i. ne in vicijs et pecca
tis maneatis · ne plagis ipſius et
dampnationibus peatis · qm̃ pec
cata ei9 ad celum ante dn̄m aſcen
derũt · ita ꝙ neceſſe habet recor
dari deus iniquitates eius · et e
os rigore iuſticie vindicare · ¶ H
Erat quedaʒ mulier meretrix
circundata auro et lapidibʒ
p̱ reciosis et diuicijs infinitis · cuʒ
qua reges terre fornicabantur · et
de cuius diuicijs negociatores t̃
re ditabantur · que tanta gloria
pollebat ꝙ ipſa dicere videbatur
ſedeo vt regina et vidua non ſũ ·
et luctum non videbo · Sʒ q̃ntum
ſe glorificauit in delicijs tantum
datur ei tormẽtum et luctus · iñ
vna hora veneñt iſte plage mors
luct9 fames ignis · et ignibus eſt
ſuccenſa Et dicitur ibi ꝙ reges q̃
cum ea fornicati ſunt · et mercato
res q̃ ex ea ſunt ditati planxerũt
et doluerunt · de longe autem ſte
terunt pre timore videntes fumũ
incẽdij eius · Et dixerũt · ve ve ci
uitas illa magna que amicta erat
biſſo et purpura et cocco deauãta
auro et lapide precioſo et marga
ritis · quomõ in vna hora deſtruc
te ſunt tante diuicie · ¶ Nota

¶ Mulier iſta · vel ciuitas ſignat ec
cleſiam vl' religionem · que dicit̃
mulier quaſi mollis aer · iſta de
bet eſſe mollis p̱ benignitatẽ · aer
etiam per conſciencie puritatem ·
dicitur ciuitas quaſi ciuiuʒ vnitas
p̱ cõcordie vnitatẽ · Iſta dudum
amicta erat biſſo .i. caſtitatis pu
ritate · purpura .i. martirij ſeu con
ſtancie ſtabilitate · cocco .i. ardẽti
caritate · auro .i. ſapiẽtie claritate
argento .i. eloquencie venuſtate ·
margaritis .i. ſanctorum virorũ
et bonorum multiplicitate · lapi
de precioſo .i. oĩmoda ſanctitate
Ideo tunc poterat dicẽ · ſedeo vt
regina vidua non ſũ · qꝛ vere ec
cleſia et religio antiq̃tus ſedebat
q̃eſcebat · regnabat · et principa
bat · et hoc qꝛ tunc vidua nõ erat
qꝛ ſẽp erat deſponſata ꝓpo vi
ro ſuo ſcʒ deo l' bono prelato · ideo
non paciebatur luctum nec deſo
lationem · Sed quid̃ ꝓ certo ho
die poteſt dicere eccleſia vel reli
gio illud · ij · Regum · xiiij · Vidu
a mulier ergo ſum · mortuus eſt e
nim vir meus · quia viri eccleſie
id eſt boni prelati mortui ſunt ·
et ideo iſta mulier eſt fornicaria ·
quia reges terre id ẽ prelati mo
derni cum ea fornicati ſunt · quia
non ſunt ꝓpter viri ſui · qꝛ tot
ſunt vicijs intenti ꝙ digni non
ſunt ei copulari et coniungi · ¶
Mercatores autem ſunt illi qui
per ſymoniam emunt eccleſie be
neficia vt ditentur · Et breuit̃
ita fuit ꝙ quantum habuit anti
quitus eccleſia i delicijs honore
et gloria tantum habet hodie trĩ
bulationibus et dolore · Nam



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hodie venerunt plage eius ſcilicet
luctus per recordationem prete
rite proſperitatis. Fames penu
rie et paupertatis. quia hodie au
ferunt ſibi principes bona tempo
ralia. Mors quia caret vita gra
tie et deuotionis Ignis. i. ardor tri
bulationis. vel fames auaricie et
ambitionis. Et quia eccleſia tan
ta hodie patitur reges fornicati
mali prelati. et negociatores. i. ſi
moniace promoti in eccleſia hii ti
ment hodie videntes eccleſiam ſuc
cumbere. lugent etiam et contriſtan
tur dum deſolationem eccleſie conte
plantur. de longe tamen ſtant.
quia nullus eſt qui appropinquat
ad pugnandum pro eccleſia con
tra principes et tirannos Petrus
autem a longe ſequebatur vt vi
deret finem. petrus dico. i. clericus
petrus tamen non fuit a longe in
menſa in cena. ſic nec prelati nec
clerici ſunt longe quando debent
capere fructus vel prebendas. pſalmus
Amici mei a longe ſteterunt. Ho
die poteſt dici quod ſequitur de ec
cleſia. Ve ve ciuitas magna. ve
dico temporaliter quo ad penam
ve dico ſpiritualiter quo ad cul
pam. ve dico ciuitas magna que
biſſo puritatis dudum fuit oper
ta. auro ſapientie. argento eloquen
cie. purpura firmitatis. cocco cari
tatis. et lapidibus omnimode ſan
ctitatis. Et quare ve. quia certe
hodie ſunt inſtitute tante diuitie
Iob. viceſimo. Diuicias quas de
uorauit euomet. et de ventre eius
extrahet eas deus. ¶ C ¶ Vel
dic quod iſta mulier poteſt ſignare
mundi diuites. qui fulgent auro
lapidibus et diuitiis infinitis. glo
ria. proſperitate etiam corporali. que
quandoque ſpoliantur gloria ſua. et
veniunt ad magnam paupertatem
famem et luctum tribulationem
infortunium et tormentum. Et
tunc reges. i. principes et prelati
qui prius ipſos ſuſtinebant et fo
uebant. et ſe eis commiſcebant ab
eis conſilia petendo. vel eos guber
nando. negociatores. i. noti et fa
miliares. qui ab eis et per eos be
neficia diuitias et officia obtinu
erunt de longe ſtant. non curantes
amplius de ipſa. vt ipſi adiutori
um preſtent. lugent tamen et deſolantur.
et quandoque verba lugubria dicunt
ſed illud eſt totum. quia nullus eſt
qui ſibi manum porrigat adiutori
cem. ſed dicunt. Ve ve ciuitas il
la magna. magnum dampnum eſt
inquiunt de iſto infortunio. Vnde tren.
i. Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus caris
eius. ¶ D

Dicitur quod mulier meretrix ci
uitas babilonica que cecidit
et corruit. non habuit amplius
diuicias quas prius habebat. Vn
de dicitur quod ipſa perdidit aurum
et argentum. lapides precioſos
margaritas. biſſum. purpuram.
ſericum. coccum. lignum. thus.
ebur. ferrum. es. marmor. cyna
momum. aromata. vngentum.
vinum. oleum. ſimilam. triticum
copiam armentorum. ouium. e
quorum. redarum. mancipiorum
et pomorum. et breuiter dicitur
quod omnia deſideria ſua receſſerunt
ab ipſa. et ipſa ſuccenſa eſt ig
ni. et timuerunt omnes qui
nauigabant qui videbant locum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

incendij eius· Celum autem et ſā
cti exultauerunt de eius deſtruc
tione· qꝛ ipſos cruciauerat dum
durauerat· ¶ Moraliter ¶
Iſta mulier ſignat mundi ſapiē
tes et diuites· qui pro certo quā
do corruunt in infernum per mor
tem· tunc iſti perdunt omnia ꝓſ
pera· perdunt enim aurum mūda
ne ſapientie· argentum eloquen
cie· lapides et margaritas.i. copi
am amicorum· nam amici carna
les nō poſſūt nec volūt eos iuua
re· ſpirituales ſcilicet ſancti qui
ſunt in gloria ipſos contempnūt
et abhorrent· Trenorū.i. Omnes
amici eius ſpreuerunt eam· et fa
cti ſunt ei inimici· Item ibi nō ē
biſſus puritatis· purpura digni
tatis que eſt veſtis regū· ſericū
honeſtatis de quo ſiūt paramenta·
coccus caritatis· lignum thimum
qḋ eſt imputribile conſtancie et
firmitatis· Ceſſabit etiā ibi ebur
exterioris pulchritudinis es reſo
nās incipacientis celſitudinis· fer
rum crudelitatis· marmor durū
fortitudinis· cynamomum et aro
mata populorū famoſitatis· vn
guenta et thus.i. lenitas et ſuaui
tas laudis et adulationis· vinū
et oleum mūdane conſolationis
ſimila et triticum .i. habundan
cia corporalis delectationis· et o
ues boues equi rede.i. habūdācia
temporalis facultatis· Et breuit̄
omnia deſideria eorum q̄cq̄d habe
bant de bonis gratuitis et fortu
itis cūcta perdunt· qꝛ ſicut dicit·
Treñ.i. Manum ſuā miſit hoſtis
ad omnia deſiderabilia eius· Ma
num ſuam miſit.i. potētiam et ſen

tētiā· hoſtis.i. deus q̄ odio habet
oms peccatores ad omnia deſide
rabilia eius. Et ſicut ſupra in eo
dem caplo· Oms perſecutores ei9
apprehenderunt eam inter angu
ſtias· Et plus etiam qꝛ ipſi ſucce
ſi ſunt igni inextinguibili· Celū
autem et ſancti populi· et tota cu
ria celeſtis de hoc nō triſtatur ſ
letatur· qꝛ diuinam ſententiam
approbant· et de rigoꝛe iuſticie de
um laudant· et maxime letātur
de dampnatione illoꝝ q̄ ſe et ali
os dum viuerent cruciabāt· Sap
·v· Stabunt iuſti in magna con
ſtācia aduerſus eos qui ſe angu
ſtiauerūt· Ideo vꝫ nos q̄ nauiga
mus per hoc mare magnum· de
bemus timere locum incendij iſti
us ſcꝫ dampnationem iſtorum·
fumum.i. inflictionem ſuorū hor
ribilium tormentorum· et cauē
ne in ſimile periculum incidam9·
quia peſtilente flagellato ſapien
tior erit prouidus· Sapiē·v· Vi
dentes ergo turbabuntur timoꝛe
horribili· Sapiē·v· ¶ Vł expo
ne de eccleſia que videtur hodie q̄
ſi dampnata et quaſi corruiſſe et
omnibus ſupradictis videtur ca
rere· ¶ E
Vidit iohannes āgelum vnū
q̄ habebat vnum lapidē mo
larem et miſit in mare dicēs Hoc
impetu mittetur babilō illa mag
na· et vltra nō inuenietur· Et vox
cytharedorum et muſicorum nō
erit amplius in ea· Vox mole· et
vox ſpōſe nō audientur in ea am
plius· et lux lucerne nō lucebit
amplius in ea· ¶ Mor ¶
Sic vere quando āgelus cuſtus



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

proiecerit in mare.i.in peccatoꝛes
amaros·lapidem molarem.i. du
ram ſententiam· et pondus eter
ne dampnationis que ipſos in in
ferno molet et conteret in tormētis
Tunc ſcꝫ in die iudicij poſtꝙ̄ fue
rit fulminata ſententia·babilō.i.
reproborum cōgregatio impetu
oſe et cito mittetur in infernum·
vbi non eſt vox cythare.i.leticia
alicuius canoris aut vox mole.i.
panis delicatus.i.delectamentum
alicuius ſaporis aut vox ſponſi.i.
coniunctio alicuius amoris· nec
lux lucerne.i.limpitudo alicuius
ſplēdoris·quia auferet̄ ab ipſis lux
ſua·Job·xxxviij·

## Capl̄m decimumnonū·

A

Damnata muliere meret̄
trice·facta eſt in celo
leticia magna·et qua
tuoꝛ animalia et vigin
tiquatuoꝛ ſeniores dixerunt all'a
Et audita eſt vox quaſi aquarum
multarum et tonitruorum dicēti
um all'a·Et hoc quia iudicauit domi
nus de meretrice magna q̄ corru
pit terram· et vindicauit ſangu
nem ſeruorū ſuorum de manib9
ſuis·Et dicitur ꝙ laudeꝫ dicebāt
deō puſilli et magni·quia regnabit
deus noſter in perpetuum· et ve
nerūt nuptie et vxoꝛ agni pauit
ſe· et datum eſt illi vt cooperiat ſe
biſſo candido et ſplendido q̄ ſunt
iuſtificationes ſāctorum·et procla
matum eſt ſcṗtum et edictum il
lud ſcꝫ beati q̄ ad cenam nuptiaꝝ
agni vocati ſunt·Apocalip·xix·
Moꝛ Sic vere qn̄ mulier
meretrix.i.congregatio reprobo
rum erit dampnata et iudicata i
iudicio tunc animalia quatuoꝛ.i.
euangeliſte·ſeniores.i. prophete
et patriarche·erunt in magna le
ticia et conſolatiōe·tunc enim ō
nes beati alta voce dicent alleluia
et puſilli et magni laudabunt de
um·deus ſimiliter regnabit in e
is ineternum·Pſal·li·Gaudiū
inuenitur in ea·gratiarum actio
vox laudis Ipſi enim beati gaude
bunt de iuſtitie impletione·de ma
lorum dampnatiōe·de ſua ſalua
tōe· et de ſanguis cruciatu et pe
ne bonorum vindicatōe Tunc enī
erunt nuptie agni.i.conſolatio et
feſtiuitas ſempiterna·Vbi agni
vxoꝛ.i.ecclīa militans tunc trium
phans·erit parata et ornata dotibꝫ
anime et coꝛpis·operta biſſo ſplē
dido.i.eterne glorie claritate· et
candore puritatis iuſticie et ſanc
titatis·Et tunc verum erit decre
tum dei·ꝙ beati erunt qui ad ce
nam agni vocati ſunt·quia beat9
q̄ manducabit panem in regno
dei·Luce·xiiij·

B

Vidit iohānes celum aptum
et ecce equus albus· et qui
ſedebat ſuper eum vocabatur fide
lis et verax· et cum iuſticia iudi
cabat et pugnabat· et oculi eius
ſicut flamma ignis· et in capite e
ius multa diademata·habens no
mē ſcṗtum quod nemo nouit ni
ſi ipſe·et veſtit9 erat veſte aſpſa
ſāguine· et vocabatur nomē ei9
verbū dei· et exercitus qui in celo
ſunt ſequebātur eum in equis albꝭ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

veſtitū biſſo albo et mūdo· et in o
re eius gladius ex vtraq₃ parte
acutus· et in ipſo percutiebat gē
tes. ⁊ regebat eas ī virga ferrea
⁊ hēbat ſcriptum in femore ſuo
rex regum et dominus dominan
tium· et ipſe apprehendit vtrāq₃
beſtiam · et miſit eam in ſtagno
ignis et ſulphuris· ¶ Mor ¶
Iſte qui ſedebat ſuper equū albū
ſignat virum perfectum et bonū
prelatum· principem ſeu regem·
ille enim debet habere equum al
bum.i.corpus mundum et imma
culatum et caſtum: equus enī cor
pus ſignat· Yſaye· xxxi: Eq̄ eo
rum caro et non ſpūs Iſte debet
eſſe fidelis in commiſſis· verax in
promiſſis· iuſtus in iudicandis·
fortis in dimicando contra malos
et aduerſarios eccl̄ie et contra dy
abolū reſiſtendo· pſ̄· Iuſte iudi
cate filij hoīm· Oculi eius.i. intel
lectus et mens debet eſſe ſicut flā
ma ignis per clariſſimam diſcre
tionem· In capite autem.i. mēte
debet habere multa dyademata.i.
multimodam virtutem et perfec
tionem· quibus anima eius deb₃
eſſe coronata et ornata· q₂ in capi
te eius corona ſtellarum· xij· ſu
pra· xij· Nomen iſtius.i. ſua perfe
ctio· ſua fama· ſuaq₃ bonitas· de
bet eſſe tantummodo ſibi nota q₂
non debet alijs propalare· nec per
fectionem ſuam p iactāciā et ypo
criſim declarare· ſufficit enī ſibi
ꝙ ſolus ſciat· Prouer· xxv· Se
cretū extraneo nō reueles· et Y
ſaye· xxiiij· Secretum meum mi
hi Veſtis tantū.i. exterior apparē
tia debet eſſe aſperſa ſanguine q₂
uere ſanguinis penalitas et paſ
ſio xpī debet in conuerſatione cu
iuſlibet relucere p penitentiā et
maceracōnē et paſſionis cōpaſſio
nē· Vl' ſanguis.i. pena labor et
miſeria aliorū debet p cōpaſſionē
ipſum tingere· et eius affectū do
loribus colorare· Yſaye· lxiij· Aſ
perſus eſt ſanguis eorū ſuper veſ
timenta mea· Etiam dicit ꝙ iſ
te debet habere vbū dei p ſcptur̄
pdicatōem· q₂ ſicut verbum decla
rat mentem· ſic iſte pdicando de
bet mentē et voluntatem dei cui
libet declarare· Et ſi talis fuerit· ra
tionabile eſt ꝙ exercitus celi.i. col
legium· cōuentus· ville· patrie:
ſibi ſubiecte ſequātur eum p obe
diā et imitationem Et cetere per
ſone infirme et imperfecte ⁊ ma
xime ſubditi ſui: ſequantur eum
in equis albis.i. in corporib⁹ pu
ris et mundis eum imitando et
ſibi obediendo ſupra· xiiij· Hij ſe
quuntur agnum quocunq₃ ierit
Iſte ergo debet habere ī ore gla
dium biſacutū· .i. auctoritatem
iudiciariā verborū· et ſētentiā iu
diciariā bis acutam ſc₃ vnā ad ſe
uere puniēdū obſtinatos· aliā ab
benigne caſtigādū penitētes ¶ Vel
gladi⁹ biceps ē vtrūq₃ teſtamētū q̄
prelat⁹ deb₃ hr̄e· ⁊ ideo talis deb₃ p
cutere et regē virga ferrea.i. du
ra correctōe ferire gētes et ipſos
ſine lege viuentes· Vnde ipſe de
bet calcare torcular vini furoris
domini: hoc eſt dictu ꝙ ipſe dēt eſ
ſe miniſter et executor furoris.i.
iuſticie diuine contra malos· Y
ſaye. lxiij· Torcular calcaui ſolus
et cetera· ¶ C ¶ Vel alit' dic

ꝙ iſte eſt xp̄s · cuius equus .i. be
ata virgo vl' propria caro fuit al
ba et immaculata · veſtis eius .i.
humanitas fuit ſanguine madi
data · exercitus celi .i. angeli et xp̄i
ani ſequuntur eum honorando vl'
obediendo · Vel exercitus .i. iudei
et gentiles fidem eius credendo ſe
quebantur in eq̄s albis inocenti
am baptiſmalem acquirendo ·
Iſte h̄et gladium .i. duram et bi
apitem ſentenciam ſcz corpus et
animam condempnando · et ipſe
calcat et punit gentes et impios
ſine lege viuētes patris iudiciuz
exequēdo Et iſte eſt fidelis verax
uiſtus et verbuz dei · cuius nom̄
nullus prope ſcit niſi ipſe · q̄ h̄et
dyademata .i. dignitates īfinitas
et ē rex regū et dn̄s dn̄antiū // D

LOquēte quodam angelo be
ato iohāni voluit ipſum pro
nus in terra adorare · ſed dixit ei
angelus · vide ne feceris · cōſeruꝰ
enim tuꝰ ſum et fratrū tuoꝝ · ꝛc̄ ·
Dicit āt · Gene · xviij · Qd abrahā
vidēs tres angelos adorauit ·

// Mor ¶ In hoc attende
nobilitatem humane cōditionis ·
nam āgelus vidēs naturam hūa
nam deificatam verbi incarnatōe
et ex hoc totam naturam nobili
tatam timuit noluitq; ab homīe
adorari Et tn̄ āte xp̄i aduētum p
mittere videbatur · ſicut in abra
ham eſt oſtēſum · quādo tres āge
los adorare voluit · qd ipſi pmiſe
rūt · // E

UIdit Iohānes quēdam āge
lum ſtantem in ſole · q̄ voce
mag̃ clamabat cūctis auibus vo
lātibus per medium celi · ꝙ cōgre
garētur ad cenam agni dei · vt
mādūcarēt carnes regum tribu
norum et fortium · equorum et
ſedētium in ipſis · et carnes hoīm
liberorum ac ſeruorum et puſillo
rum ac magnorum · // Mora
Iſte āgelus eſt xp̄s · q̄ ſtat in ſole
in ſplēdore glorie eterne · in qua
veniēs ad iudicium · apparebit fa
cies eiꝰ ſicut ſol' lucz in virtute ſua
Iſte enim in iudicio clamabit et
aduocabit volucres celi .i. demōes
vt ibi cōueniāt ad cenam dei .i. ad
diem iudicij · vbi carnes que latēt
ſub veſte id ē animas que latent
ſub corpe · fortium et tribunoruz
.i. impiorum principum et ſupio
rum · equorum .i. mulieruz corrup
tarum · ſuorum ſeſſorum luxurio
ſorum · ſeruorum .i. malorum reli
gioſoruz · magnorum .i. diuitum
auarorum · puſillorum .i. maloruz
pauperum et minorum · perpetuo
crucient et manducēt · Deutero ·
xxxij · Dentes beſtiarum mittam
ī eis · et deuorabūt eos aues mor
ſu amariſſimo Dentes enī et mor
ſus auium · ſignant immanitatez
dyabolice crudelitatis que damna
tos lacerabit // F ¶ Vl' dic ꝙ
āgelꝰ q̄ ſedebat in ſole .i. in mūda
ne gl'e ſplēdore · ē magnꝰ pncēps
l' platus · ipius tn̄ et raptor q̄ ſēp
ſecū vult hr̄e aues q̄ volāt p celuz
.i. viros ſupbos · fideles et rapto
res · tales faciūt de domo et fami
liā ſua · et t'les iniquos ſecū faciūt
cōuenire ad cenas feſta et ſolatia
domꝰ ſue · Sz ad quem finem? cert
te vt ipſi comedant rapiant exco
rient atq; vaſtent carnes .i. tem
pales ſubſtancias illoꝝ de terra

ſua· magnorum ſcȝ puſillorū· ſer
uorum· tribunorum .i. ſubditorū·
vaſallorum· et fortium .i. diuitū
agricolarum· qui ex fortitudine
laborum hn̄t illud quod habent·
Et breuiter tales iniqui raptores
et ſuperbi non tenentur i officio
principum et magiſtrorum· niſi
vt diuitias et munera extorque
ant pro magiſtris· ſicut nec falco
mittitur niſi rōne prede quam p
curat magrō ſuo· Gene· xxvij·
Yſaac diligebat eſau eo q de ve
natōe ei⁹ veſcebat· G
Vidit iohannes beſtiā et re
ges terre et exercitus eorū
congregatos· ad faciendum bellū
cum illo q ſedebat in equo albo et
exercitu eius· et apprehenſa ē beſ
tia et pſeudo propheta q fecit ſig
na qbus ſeduxerat eos q accepe
rant caracterem beſtie· et q ado
rauerunt imaginem eius· et miſ
ſi ſunt in ſtagnum ignis ardētis
et ſulphuris· et ceteri occiſi ſunt
gladio q ex ſedentis ore procedit
et omnes aues ſaturate ſunt car
nibus eorum Mor Iſta
beſtia eſt dyabolus· reges terre
et exercitus eorum ſunt mundi
diuites et potentes et eorū fami
liares iudices q mundum regūt
et regnant· iſti pugnant et cōtra
dicunt contra ſedentem i equo al
bō .i. contra criſtum· q in equo .i.
in corpore albō mundo habitat et
moratur et contra exercitū eius
.i. cōtra illos q ſunt boni et iuſti·
qȝ bonum contra malū eſt et ↄtra
vitam mors et contra virū iuſtū
peccator· Eccū· xxxiij· Sed vere fi
naliter i morte et iudicio beſtia et
ſui reges et ei⁹ exercitus .i. dyabo
lus et mūdi diuites cū ſuis imita
torib⁹ apprehēdentur et i ſtagno
ignis .i. in habundātiā īfernaliū
tormentorum vbi eſt ardor et ig
nis inextinguibilis· ſulphur et fe
tor intolerabilis mittentur· et
gladio ſue dure ſententie ferient
et ab auibus celi .i. a demonibus
vorabuntur· vel auibus .i. ab an
gelis dei ſententie executoribus
damnabuntur· et maxime pſeu
do prophete .i. illi q beſtiam diabo
lum faciunt adorari ſcilȝ illi q ali
os incitant ad peccatum· qȝ ſicut
dicitur· Roma· pmo· Non ſolū q
talia agunt digni ſunt morte· ſed
etiam hij q conſentiunt facientibȝ
H Vl' dic q beſtia eſt ātixp̄s
propheta ſignat ſuos apoſtolos·
reges et exercitus ſunt ſui ſequa
ces et eum recipientes· q omnes
igne ſulphure ardore fetore et gla
dio· et diuine ſententie rigore dāp
nabuntur· et auibus id eſt demo
nibus deuorandi ppetuo exponē
tur·

## Capl'm viceſimum A

Vidit iohānes quēdam
angelum deſcendentē
de celo habētem clauē
abiſſi· et habebat cathe
nam magnam in manu ſua· et
apprehendit draconem ſerpentē
antiquum qui eſt dyabolus· et
ligauit eum in abiſſum per mille
annos· et ſignauit ſuper illū ne
ſeducat amplius gētes Po⁹ oportet

ipſum modicum ſolui· Et vidit
iohānes ſedes ⁊ ſederūt ſuper eas
et iudiciū datum eſt illis· Apo·
xx· Mor Serpens iſ
te ē fraudulentus vſurarius l' ad
uocatus· vl' aliquis auarus et di
ues· qui eſt ſerpētinus tortuoſus
malicioſus venenoſus dyabolus
et ſathanas.i.aduerſarius omni
bus ciuibus et vicinis qꝛ manus
eius contra oēs· Gene· xvi· Qui
etiam benedicitur antiquus· quia
tales iniqui vt cōmuniter diu vi
uunt· Angelus aūt teſtamenti ē
xp̄s q̄ de celo deſcendet ad iudiciū
in valle ioſaphat· et iſte pro cer
to habebit clauem abiſſi.i. poteſ
tatem claudendi et aperiendi īfer
num· qui dicitur abyſſus.i.ſine
biſſo et ſine candore lucis et puri
tatis· illud enim claudit bonis et
apit malis· ſ̄· iij· Habet clauem
mortis et inferni· qui claudit et
nemo apit· Iſte etiā habet cathe
nam.i.poteſtatem ligandi et car
cerandi et eternis vinculis condēp
nandi· Iſte finaliter apprehendet
iſtos dracones et ſerpentes.i.aua
ros et cupiditate inflāmatos· tor
tuoſos· et malicioſos· pauperum
adūſarios et nociuos· ligabitqꝫ
eos in carcere infernali per mille
annos.i.per tēpora longiora vſqꝫ
ad iudicium· et ſignabit ſup eos
ſigillū ſcꝫ eterne dampnationis
ipſoſqꝫ includet· vbi nullus pote
rit apire· et hoc quidē facit deus
vt non ſeducāt amplius paupes
vicinos· quos ſuis falſis cōſilijs
fraudib9 malicijs vſuris rapinis
dum viuerent ſeducebant· Pſa·
xiiij· Corruiſti i terram· q̄ vulne
rabas gentes· vnde dī in· pſ· qꝛ
nō relinquat deus virgam pecca
torum ſuper ſortem iuſtorum vt
non· ⁊c· Qn̄ tamen iudiciū vene
rit et ſedes l' troni poſiti fuerīt tūc
vere tales modico tēpore ſoluent
et dum corpus reſumpſerint et
iudex iudicauerit· tunc ſtatim in
corpore et anima tales iterū ad
ſupplicium rapientur et in et'nis
tenebris includentur· ſi icluſerit
hominem nullus ē q̄ aperiet Iob·
xij· h Vel dic quando
xp̄s deſcendit de celo per incarna
tionem tunc attulit ſecum clauē
et cathenam.i. poteſtatem iclud'
di et ligandi demonem· draconē
antiquum.i.luciferum· quod etiā
fecit in paſſione vt nō ſeducat ho
mines ſicut prius· iſte tamen ite
rum ſoluetur ſcꝫ tempore āti xp̄i
ſecundum aliquos· ſed illud erit
modicum ſcꝫ qꝛ per tempus et tē
pora et dimidium tēporis· et tūc
vſqꝫ iudicium durabit· ſed ſtatī
facto iudicio perpetuo recluſus e
rit· C

Dicitur hic qꝛ poſtq̄ ſedes
poſita fuerit et iudicium
factum fuerit illi q̄ decol
lati ſunt propter teſtimoniū ihē
ſu· et qui non adorauerunt beſti
am· nec receperunt imaginem e
ius· vel eius caracterem in fronti
bus ſuis et in manibus regnabūt
cum criſto per mille annos·

Moraliter Sic
vero facto iudicio decollati prop
ter ihesum· id eſt martires· qui
non adorant beſtiam id eſt qui
non obediunt carni proprie id ē
virgines et cōtinentes q̄ imaginē

mundane proſperitatis nec cara
cterem dyabolice ſuggeſtionis re
cipiunt vt omnes ſancti confeſſo
res· omnes tales pro certo ſunt
cũ xp̃o regnaturi· D

QVm conſũmati fuerint mille
anni tũc ſoluetur ſathanas
de carcere ſuo et exibit et ſeducȝ
gentes que ſunt ſuper q̄tuoꝛ ãgu
los terre gog et magog et congre
gabit eos i prelium· et aſcendet
ſuper latitudinem terre· et circui
bũt caſtra ſanctorum et ciuitateȝ
dilectam· Et deſcendet ignis de ce
lo et deuorabit eos et diabolus ſe
ductoꝛ mittetur cum beſtia in ſta
gnũ ignis et ſulphuris· die et no
cte cruciandus· ¶ Moꝛ ¶ Gog
et magog qui ſũt duo montes vl'
ſcd̃m aliquos duo ca ſtra in ſyria
orientali vltra montes rifeos· ſig
nant duos ſtatus ſcȝ cleruȝ et re
ligionem· Et qui ſũt ſuper angu
los terre ſignãt terrenos cupidos
et auaros· qui terrenis operibus
ſemper vacant Sathanas qui ad
lr̃am q̃nq̧ exit de inferno et venit
tẽptare fideles· iſte dico exit ho
die et ſeducit illos qui ſũt ſuper ã
gulos quatuoꝛ t̃re gog et magog
.i. illos q̄ in mundo et in clauſtro
habitant· et illos qui inhabitãt
per ambitionẽ et auariciam diui
tñs tp̃alib9 et terrenis· Nam ta
les faciliter congregãtur ad p̄luȝ
q̧ facilit̃ ꝓpt̃ tp̃alia ſurgũt prelia
lites· iurgia· diſcoꝛdie et appella
tiones· Nã hodie tales auari qui
ſunt quaſi innumerabiles intelli
gũt aſcẽdere ſuper latitudinem t̃
re.i. ſup lata et alta officia digni
tates beneficia clauſtralia l' ſecu

laria· Iſti inuadũt caſtra ſancto
rum .i. bona ſimplicium et paup̃ũ
et iuſtoruȝ· ciuitatem etiã dilectã
.i. ſãctam religionẽ l' eccl̃iam et a
liorum ſtatus circueũt et contur
bãt· ipſam concludere volẽtes ver
bis· et iniurijs multis bonos gra
uãnt· ps̃· Famem pacientur vt
canes· circuibũt ciuitatẽ· Sed vere
finaliter ignis eternus infligetur
eis de celo.i. a celeſti ſentẽtia et
diuina· et deceptoꝛ eorum.i. dya
bolus in ſtagno ignis cum beſtia
.i. cum peccatoribus ponetur dire
perpetuo cruciandus· ¶ D

¶ Vel dic q̧ ſathanas et aduerſari
us eſt bilinguis verboꝝ relatoꝛ·
quo ſeducũtur et obloquẽtur· tam
in gog q̧̃ in magog.i. in mundo et
religione multi inuicem prelian
tur detrahũt et obloquũtur Iſti
enĩ caſtra ſanctorum.i. ſtatus bo
norum circueunt et explorando
inſidiantur· et ciuitatem religio
nis eccleſie detractione lacerant
et p̄dantur· Sed vere finalit̃ ſup
tales rebelles detractores et liti
gioſos· et ſuper ſathanam .i. ſup
huiuſmodi relatorem ignis.i. et
na dãpnacõ de celo veni et et eos
dñs dãpnabit et et̃nis incendijs
fulminabit· Luce· xij· Ignem ve
ni mittere in t̃rã· ¶ F ¶ Vl' dic
int̃ cetera q̧ talis ſathanas ſig̃t
malicioſos balliuos· q̄ non ceſſãt
contra eccl̃iam principes concitare
quapropter iuſtum eſt eos in in
ferno igne finaliter interire· ¶
Vl' dic q̧ illi qui in clauſtro vel
religione vacãt circa tp̃alia nego
cia· facilit̃ p̄liãtur per diſcoꝛdiaȝ
et ignitũt p auariciã· terrã volũt

aſcēdere p ambitōez · caſtra circu
eunt p ſui oſtētacōem · G

Vidit iohannes tronum can
didum et magnum · et ſedē
tē ſuper eum · a cuius conſpectu
fugit celum et terra · et mare et
mors ⁊ infernus dederunt mortu
os ſuos et ſteterūt mortui · et li
bri apti ſunt et iudicati ſunt ſecū
dum ea que ſcripta erant ī libris
et ſecundum opa eorundem · et
allatus eſt alius liber vite · et qui
non eſt inuētus in libro vite ſcp
tus · miſſus eſt in ſtagnum ignis
et ſulphuris · ¶ Mor ¶ Tro
nus iſte ſignat celſitudinē maieſ
tatis in qua xp̄s ſedebit qn̄ in iu
dicio apparebit · ita enim magnifi
ce veniet q a conſpectu ſuo celuz
et terra fugient · i q̄tū a ſtatu ⁊
forma p̄ſtina mutabūt · et tranſi
būt ad ſpēm pulchriorem Et tūc
mare · infernus · mors · et terra
dabunt mortuos ſuos · quia mor
tui reſurgēt vbicunq fuerint · et
ſtabūt in valle ioſaphat in cōſpe
ctu troni . i . ī conſpectu iudicis no
ſtri xpi · Vnde apoſtolus · Nos ō
nes oportet maniſeſtari ante tri
bunal criſti · Et tunc libri . i . ſingu
lorū cōſcientie aperientur ita q alt
in alterius conſcientia intuebitur
q̄cq̄d boni vl mali fecerit in hac
vita · et quicquid alij fecerūt dū
vixerunt · et ſic ſcd̄z huius ſcrip
turam et opa · merita ⁊ demerita
recipient iudicium vniuerſi · Lib
etiam vite . i . ſecretum mentis di
uine tūc erit aptus · et q̄ per p̄deſ
tinationem et preacceptationem
inſcriptus nō ē ab eterno neceſſe
habebit dāpnari et in ſtagno . i . in

habūdantia ignis perpetuis incē
dijs cōflagrari · Exod · xxxij · Qui
peccauerit michi delebo eum de li
bro meo · ¶ D ¶ Vel dic a
cōſpectu iudicis . i . a conſideratiōe
iudicij mors . i . fetidus et luxurio
ſus · mar̄ . i . tumēs et fluctuoſ9 ſu
perbus · infernus . i . inſaciabilis a
uarus debent dare vomere et con
fiteri mortuos ſuos . i . vicia et pec
cata · et libros cōſcientiarum api
re · et a ſacerdote iudicari · et pe
nam condignam acceptare ·
alioquin in libro vite . i . eterne g̃
tie non ſcribentur · et ſic igne per
petuo cremabuntur · ¶ I
¶ Vel dic q quando iudex habet ā
te tronum mortuos ſuos . i . perſo
nas accuſatas · tunc vere debet
facere q libri aperiantur idest q
ſingulorum merita eluceſcant · ⁊
ſecundum ea debet eos iudicare
Verumptamen quicquid appar̄et
in libris ideſt in libellis et accuſa
tionibus ſeu proceſſibz ſingulorum
ipſe tamen a pte ſua ſemp debet
habere librum vite . i . conſcientiaz
bene regulatam · equitatē . i . iuſti
ciam cum pietate et clemētia mo
deratam · vt ſic ſecundum merita
iudicet equaliter · Et nota q iſtū
iudicem celum et terra fugit a cō
ſpectu eius · q̄a vere tot9 mūd9
ſolet tremere in conſpectu iudi
cis iniuſticiam iudicantis · Iu
dex enim debet eſſe rigidus et au
ſterus in apparentia · mitis et be
nignus in conſcientia · ¶ Vel
dic q liber eſt voluntas et amor
iudicis in quo omnis iudicand9
qui ſcriptus non fuerit per accep
tionem et recommendationem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et munietum p̄ſentacōem · neceſſe
habet mitti in ignē.i. miſeriam et
tribulacōem · et ſine remedio cō
dempnari · quia ſi q̄s nō dederit i
ore eoꝝ q̄ppiam ſuſcitant ſup eū
p̄lium ·

¶ Cap̄lm viceſimūp̄mum · // A

Vidi inquit iohānes ce
lum nouum et terraꝫ
nouam · primum enim
celuꝫ et p̄ma t̄ra abijt
a mař iā nō ē · Apo · xxi · // Mor
¶ Celū altū ſignat ſuperiores · Ter
ra infima ſubditos inferiores · Ce
lum ſtellatum ſignat eccleſiam ꝟ
religiōem vbi ſtelle.i. clare hone
ſte et diſcrete perſone debent luce
re per doctrinam et exempla Ter
ra autem ſignat ſeculares · Celū
ergo et terra ſunt hodie noua · q̄ꝛ
omnes mundi ſtatus ſunt hodie
innouati · et a bonis primis con
ſuetudinibus immutati · q̄ꝛ vere
moderni ſtatus non videtur eē il
li qui p̄mi · Primum enī celū et p̄
ma terra abijt · ſed p̄certo mare
iā non eſt.i. q̄uis facta eſt talis
mutacō tamen amaritudo p̄me iā
ceſſauit in ſeculo et in clauſtro ·
pš · Quid eſt tibi mare q̄ fugiſti
ꝛc̄ · nunc enim mare.i. p̄ma · iorda
nis.i. deuocō cōfugerūt et defecerūt
ꝛc̄ · // B

Iohānes ſublatus in ſpiritu
in montem magnū et altuꝫ
vidit quādam nobilem ciuitateꝫ
ornatam cuꝫ lapide p̄cioſo ita mē
ſuratam q̄ lōgitudo latitudo et
altitudo erāt equales · Et erat ci
uitas auꝫ mundūꝫ · deus erat lu
cerna · et templū in ea non erat ·
nec ſol nec luna illi lucebat · quia
lucerna eius eſt agnus · et porte
eius non claudebantur die ac no
cte · et nichil coinquinatum intra
bat in illam · // Mor ¶ Ciuitas
iſta moraliter eſt vir p̄fectꝰ vl' be
ata virgo · iſta videtur in mōte al
to.i. in emīnētia ſanctitatis · orna
ta eſt omni lapide p̄cioſo.i. omni
gratia et virtute Omnis lapis p̄
cioſus opimentum tuum · Ezech ·
xxviij · Iſte ergo p̄latꝰ debet eſſe
menſuratus et adequatus tempe
ratus et moderatus in tribus di
menſionibus · ſcꝫ lōgitudīe fidei
et in altitudine ſpei · et in latitu
dine caritatis · Eſt enim in fide ne
ceſſaria menſura q̄ꝛ nō plus debꝫ
ſapere q̄ oportet ſape · Roma · xij
